

rem inquirendo diligenter notam habere possunt. ff. de iur. & fact. ignoranti. l. si autem in fine, C. de ingenuis manum. glossa optima in proposito, in cap. innotuit, verbo ignorantiam de elect. talis enim ignorantia est indirecte voluntaria, vt docet Diuus Thom. 1. 2. quaestione 6. articulo 8. in corpore. & quaestione 19. articulo 6. & cum eo omnes communiter DD. Theologi: id quod satis explicite text. in cap. final. de clandest. deponat. ibi: cum illi taliter contrahendo, affectatores ignorantiam videantur, quasi dicat, eam ignorantiam fuisse affectatam, ac indirecte voluntariam, eo quod debite diligentiae ad inquirendum omissa sunt, ergo non excusat, vt ex praedictis probat Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio disputatio 42. numero 1. & tenet Vega d. lib. 3. casu 256. & lib. 4. casu 197.

Ignorantia autem inuincibilis secundum Theologos, quae secundum Iuristas probabilis nuncupatur, est illa, qua communiter homines adhibita diligentia laborant, qualis est hominis consulentis viros scientia, & conscientia sufficienti ad id predictos, & pro talibus habiros, qui falsi illi consuluerunt, & pro talibus habiros, qui falsi illi consuluerunt, & hoc omnino excusat, quando est causa actus, scilicet, quando actus non fieret, nisi ignoraret, ita Ludonic. Lopez vbi supra, & Vega d. lib. 3. casu 256. & prius lib. 4. casu 197. qui d. casu 258. exemplificat in eo, Quae no pudo alcanzar lo que dene, o por falta de entendimiento, & por que no tiene a quien preguntar quien se lo ensenar bien.

Iuxta supra proxime igitur dicta circa modos ignorantiae discreti confessorij discernant, quando teneantur mouere poenitentem, vel non de nullitate matrimonij.

CAPITULUM XLIX.

An coniux impedimenti conscius excusetur à culpa reddendo debitum ad vitanda maiora mala, & quo remedio ei succurratur?

S Y M M A R I V M.

- 1. Coniux impedimenti conscius, an possit reddere debitum, dum ab Ecclesia ad id compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet, nisi reddat? & numerus sequentibus.
- 2. Coniux conscius impedimenti, illo cessante per dispensationem, vel si propria voluntate tolli possit, an teneatur obedire denuo consentienti?
- 3. Coniugi conscius impedimenti, qua remedia competant, & numerus sequentibus.
- 4. Episcopus an possit dispensare cum coniuge conscius impedimenti oculis sui matrimonij, & numerus sequentibus.
- 5. Episcopus non potest dispensare in lege superioris, sicut in casu urgentis necessitatis, vt in numero 7. & 8. quando ratione impedimenti non est recursus ad Papam, & quae requirantur ad hoc, num. 9. & 10.
- 6. Episcopus an aliquando possit dispensare in impedimento matrimonij dirimente, antequam matrimonium contrahatur?
- 7. Episcopus an possit dispensare in praedictis casibus, quando facile recurri potest ad Nuncium Apostolicum habentem potestatem ad dispensandum, vel ad quemcumque alium habentem potestatem dispensandi, vt est Commissarius Cruciatum.
- 8. Vicarius generalis Episcopi non potest dispensare in impedimento occulto matrimonij.
- 9. Episcopus an possit delegare alteri facultatem dispen-

- 10. sandi in impedimento occulto matrimonium dirimentibus, in casibus in quibus ipse potest dispensare? & numerus sequentibus.
- 11. Iurisdictione voluntaria commissa ex privilegio Principis delegari non potest.
- 12. Iurisdictione principis privilegio competens non persona, sed perpetuo dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria, & potestatis ordinaria iura habet.
- 13. Cap. vltimo. §. fin. de officio delegat. intellectum.
- 14. Decreti Sancti Concilii Tridentini. sessione 24. cap. 6. de reformatione intellectum.
- 15. Delegari potest qualibet potestas ordinaria.
- 16. Episcopus potest generaliter delegare casus sibi ratione necessitatis urgentis competentes, antequam contingant, vt in impedimento occulto dirimente matrimonij. & num. 21.
- 17. Episcopus an possit specialiter delegare Vicario casum Haereticum, a tenore Concilii Tridentini. sessione 24. cap. 6. de reformatione?
- 18. Coniux, matrimonij bona fide utriusque contracto, dubitans tamen postea de ipsius valore, an possit debitum petere, & reddere? & an liceat tunc deponere hoc dubium speculationum, nec practice dubitare ratione possessionis? & numerus sequentibus, praecipue numero 24. 28. & 29.
- 19. Scientia esse potest speculatiua, & practica, & quae sit vnaquaque harum.
- 20. Scientia, opinio, seu dubitatio speculatiua, quando adest, licetum aliquando contrarium operari, vt hic.
- 21. In dubiis est amplectendum, quod iuris est, & in quo nullum peccati periculum versatur, & quomodo hoc intelligatur?
- 22. Coniux, dato, quod suus coniux illiciti debitum petat, an reddere teneatur?
- 23. Coniux, an quando conscientia pulsata animus ex credulitate probabilis & discreta, quamuis non euidens, nec manifesta, reddere, & postulare debitum possit? & numerus sequentibus, & an vnus testis impedimenti, vel iuramentum alterius coniugis sufficiat? num. 32. & 34.
- 24. Coniux, qui primo dixit esse impedimentum sui matrimonij, spoliatus retractat, teneatur alter coniux tunc ei reddere debitum: sed si ei credat, non potest petere, nec reddere, ut in numero 36. & an teneatur credere? numero 37.
- 25. Coniux dubitans probabiliter de matrimonij valore propter assertionem alterius coniugis nequa petere, nec reddere, donec deponat dubium.
- 26. Coniugi asserenti fidei consensisse quando crederetur, & quid si prostratio fidei consensisse praecessit? & an sufficiat testimonium dicentis ad iussu impedimentum, vt coniux credat, vel dubitet, & absteineatur, & qualis probatio impedimenti dirimentis sufficiat ad matrimonium dissolendum? & numerus sequentibus.
- 27. Viro dicenti adesse impedimentum in suo matrimonio, an sit adhibenda fides respectu sui ipsius? & numero 41. quid respectu uxoris? & qua certitudo requiratur in hoc, numero 42. & qua conclutur sufficienti iudicio arbitrio committitur, numero 43. & est sufficiens coniectura reuocatio consensu incontinenti facta, vt in numero 44. & in numeris sequentibus alia plures coniectura referuntur: & numero 45. quid si uellet negat, & verum consensum praestitisse?
- 28. Auctoritas Ecclesiae requiritur etiam stantibus sufficientibus coniecturis fidei consensu ad celebrandum aliud matrimonium prius iureto.
- 29. Pxor non tenetur credere viro neganti verum consensum praestitisse, quando coniectura prioris consensum volentis, & cetera, vt hic.

- 30. Dissensus in matrimonio, an probetur utriusque coniugis confessione.
- 31. Protestato coniuge ante matrimonium affirmantis, se nolle, per quacunque verba postea se se proferenda matrimonium contrahere, an sit sufficiens dissensus iudicium?

Quoad primum, an coniux impedimenti conscius possit reddere debitum, dum ab Ecclesia ad id compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet, nisi reddat? Miror profecto quomodo DD. nostri ausi sint in dubium retricare hanc quaestionem, & in diuersas sententias ire, cum habeamus expressam decisionem Pontificiam eam aperientem, nempe in cap. Inquisitionis 44. in ordine de sententia excommunic. in Decretalibus, quae est huiusmodi Inquisitioni tuae respondentes, credimus distinguendum: vtrum alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugij propter quod sine mortali peccato non valeat carnale commercium exercere, quamuis illud apud Ecclesiam probare non possit: an non sciat pro certo, sed credat: in priori casu debet excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortaliter. In secundo distinguimus, vtrum habeat conscientiam huiusmodi ex creditulitate leui, & temeraria, an probabilis, & discreta: & quidem ad sui pastoris consilium (conscientia leuis, & temeraria ex creditulitate explosa) licite potest, non solum reddere, sed exigere debitum coniugale: verum cum conscientia pulsata animus ex creditulitate probabilis, & discreta, quamuis non euidens, & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientiae committat offensam. Ergo tanquam certissima est praedicti bimembris dictio, quae in primo casu negatio probatur etiam in cap. literas de restitutione spoliae. in versio. porro cum muliere, & c. vbi glossa verb. tolerare. & in d. cap. Inquisitionis. verb. humiliter, & ibi Hostiensis, super verb. verum, Ioan. Andr. numero 6. Anton. de Butr. numero 17. Cardinal. ghest. penultim. Anchar. numero 3. Couar. late in 4. Decret. secunda parte cap. 7. §. 2. numero 7. Summistae, Rosel. verbo impedimentum, impedimento 1. numero 8. Angel. verbo debitum, numero 18. & verb. matrimonium secundo, numero 15. Syluest. verbo matrimonium secundo, quaestione 15. & verb. matrimonium quarto, quaestione 2. & matrimonium 6. quaestione 4. & verb. debitum, in fin. & eodem verb. Armill. in fine, Tabiena verbo matrimonium 4. quaestione 11. numero 12. Nauar. in Manuali. Latin. cap. 16. numero 39. & ex Theologis ita tenent D. Thom. in quarto. distinctione 27. quaestione 1. articulo secundo, quaestione 4. in fin. & distinctione 38. in fin. & D. Bonavent. ibidem distinctione 38. in expositione litterae Magistri in fine, Durand. distinctione 38. in principio. in expositione litterae Magistri, Ricard. eadem distinctione in fine, Palud. in 4. distinctione 36. quaestione 2. articulo 2. numero 15. quos, & alios plures refert, & sequitur Thomas Sanchez de matrimonio lib. 2. disputatio 39. numero 5. etque communis, & receptissima omnium sententia, vt ex supra dictis patet, & probatur expresse in d. cap. Inquisitionis cum reliquis supra relatis ex littera illius rei.

Vade falsissima est, & valde in fide periculosa contraria sententia nonnullorum, quae habet, in priori casu illius text, nempe, coniugem conscius certi impedimenti occulti posse reddere debitum, dum ab Ecclesia compellitur per excommunicationem, vel si mortem sibi timet, nisi reddat, secundum Thomam Sanchez, vbi supra, numero 5, quam prius

retulerat, numero 1. & 2. cum suis fundamentis, & Auctoribus.

Similiter ex eodem constat, falsam esse aliam opin. quorundam, quam probat Henriquez lib. 12. de matrimonio cap. 3. numero 2. in commento littera X. distinguendum inter impedimentum dirimens iure naturali, vt tunc nullo modo possit coniux impedimenti conscius reddere debitum, quantumcumque per Ecclesiam ob probationis defectum ad id compellatur: & impedimentum dirimens iure Ecclesiastico, & tunc possit: siquidem in d. cap. Inquisitionis, & in d. cap. literas de restitutione spoliae, indistincte cauetur, nullo modo impedimenti conscius posse debitum reddere: imo in d. cap. literas dicitur, conscius consanguinitatis, praeteritum in gradibus Diuina Lege prohibitis, non posse debitum reddere: ergo idem clare sentit, & insinuat esse text. ille in gradibus humana lege prohibitis: dictiones namque implicatae, prout illa, praeteritum & similes, etiam implicat in casu contrario, vt cum aliis resoluimus lib. primo Canonice, quaestione cap. 20. numero 5. & dictio, praeteritum, significat, quod idem sit in casu contrario iuxta glossam in l. illud, verb. existimari, in fine, ff. ad legem Aquil. sequitur alios allegans Octavian. Vulpe. de praepositione. adverb. & conuentionum significat, in dictione praeteritum, ante numerum primum, pag. 80. columna 2. & ideo praed. distinctionem late, & quidem merito ex pluribus improbat Thomas Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatio 39. numero 6. vbi numero 7. aliam tertiam opin. Philari. falsissimam etiam dicit: & numero 8. tanquam certissimum tenendum esse inquit, quod praediximus, nempe, coniugem aulitatis matrimonij conscius ob impedimentum dirimens, siue Diuino, siue humano iure, nullo euentu posse reddere debitum coniugij ignorant, licet excommunicetur ab Ecclesia, vitaeque periculum subeat, grauissimaeque scandala, vt probat ibi, numero 5. & 6. & in hac specie probabilis est secundum ipsum ibi, numero 9. eam excommunicationem coram Deo non obligare, vt tenent in propriis terminis glossa in d. cap. literas, verbo tolerare de restitutione spoliae, & Victoria in Summa de matrimonio, numero 264. Ledelm. in secundum partem quarti, quaestione 48. articulo secundo, aduersus Abulen. super Matrimonium cap. 10. quaestione 72. & Paludan. in quarto. distinctione 29. quaestione 1. articulo 37. sed prior opinio negatiua verior, & tenenda videtur, quia excommunicatio minime incurritur, nisi ob inobedientiam lethalem, quae in hac specie non adest: quinimo rigidissimum esset asserere, vere eum excommunicationem esse, qui Dei timore ductus, Ecclesiae falsae praesumptioni innititur non accedit: & praeterea probatur: quia quoties homo certus est, non peccasse mortaliter contra obedientiam Ecclesiae, non incurrit excommunicationem iuris apud Deum, nec est priuatus Ecclesiae iustitiae: & quamuis lecus sit in sententia hominis, quia interdum tenet, etiam si irritat innocentem, puta, quando error non exprimitur in sententia, quia tunc ligat quoad Ecclesiam, non tamen, quoad Deum, vt cum Soto, & aliis Theologis probauimus lib. primo Canonice, quaestione cap. 7. numero 30.

Alia minuscula in proposito quaerit Thom. Sanchez vbi supra, numero 10. & 11. quae apud ipsum sunt videnda.

Nempe, vtrum si impedimentum dirimens iam cessaret dispensatione illius obteuta, vel propria voluntate tolli posset, teneatur obedire denuo consentiens coniux ille? & verius esse censet, & probat adhuc non teneri obedire: nec in praed. casibus teneatur obedire, quoad cohabitationem, etiam si id possit facere citra incontinentiae periculum, nisi sequa-

sequatur scandalum, & copia adesse fugiendi in locum ubi cellaret, & hoc non ratione precepti. sed ratione scandali secundum Petrum à Ledesma de matrimonio, questione 45. articulo 4. dubio secundo. ad secundum, in fine. & Thom. Sanchez ubi supra. numero 11. contra alios.

3 Plura remedia assignant DD. variis in locis, quibus succurrunt huic coniugi anxio nimis propter excommunicationem Ecclesie ex vna parte: & ex altera, quod non possit consentire, & obedire, cum certo sciat adesse impedimentum dirimens, & illud non esse probare: quæ congerit Thom. Sanchez ubi supra, numero 13. omnia tamen difficultia sunt, & raro proficere poterunt, vt videre licet apud ipsum.

4 Mihi autem illud facilius, & melius videtur, nempe, vt coniux impedimenti occulto conscius occurrat ad sacra penitentia Prætorium, casum insinuet, & breue dispensationis impetret, vt iterum de nouo absque testibus matrimonium contrahatur occulte, hocque insinuet alteri coniugi impedimenti occulto ignaro, aliquo opportunitiori modo iuxta casus contingentiam, de quibus supra egimus, vt matrimonium reintegretur, quod si ambo coniuges sint impedimenti conscij, facilius erit medicina, & cura de communi consensu.

5 Dubitant tamen DD. an in casu magnæ necessitatis (vt in specie premissa) possit Episcopus dispensare in impedimento occulto, matrimonium dirimentibus, vt iterum matrimonium celebrari possit, nec coniux illius conscius destitutus remedio maneat, cum excommunicatur ab Ecclesia, & difficultis sit aditus ad Romam.

Et non posse dispensare in hac specie Episcopum tenet, & probat Dominicus à Soto lib. 1. de Iustitia, & iure, questione 7. articulo tertio, in versic. at vero secretarius, idem voluit in quarto distincti. 37. questione vnic. articulo 2. & Cordoua lib. 1. sui questionarij questione 11. in versic. hac igitur secunda opinio: & in sua Summa, questione 45. in versic. Et secundo punto desta primera opinionet, Alphons. à Veraeruce in tertia parte sui Specul. coniug. artic. 18. in fine, & Medina 1. 3. questione 97. articulo 4. Fundamentum huius opinionis est.

6 Quod Episcopus non potest dispensare in lege superioris, hoc est Summi Pontificis, cuius Decreto, vel Concilij statuta sunt, vt omnes fatentur, præcipue Archidiacon. in cap. licet Canon, de elect. lib. 6. Abbas in cap. cum dilecti, numero 10. de electione, communis in cap. ut Clerici, §. final. de iudic. vbi Felin. numero 5. Rebuff. in tractatu nominat. questione 5. numero 32. D. Couar. in quarto, secunda parte, cap. 6. in principio, numero 15. & §. 10 numero 11. & nos lib. 1. Canon. questionum cop. 5. numero 10. & Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. dispensatione 40. num. 1.

Nihilominus tamen verior, & receptor est contraria sententia: imo quod Episcopus possit in hac specie dispensare concurrentibus his circumstantiis. Prima quod matrimonium sit publicum, impedimentum autem occultum. Secunda quod futurum sit scandalum in separatione. Tertia quod ad Summum Pontificem aditus non pateat inopia, aut alia iusta causa impedimenti, & hoc.

6 Primo quia quamuis regulariter Episcopus non possit in lege Summi Pontificis, aut Concilij dispensare, potest tamen in casu vrgentis necessitatis, quando ad Summum Pontificem non patet aditus, vt docent Abb. in cap. ut Clerici, §. de adulterio, numero nono, de iudic. Bald. in l. omnes populi. num. 8. ff. de Iustitia & iur. Roman. singul. 486. Rebuff. in praxi benefic. titulo de dispensatione ad plura beneficia, num. 30. & Petrus Ducaas in regula 248. limitatione 2. & pri-

us Bernard. Diaz in regula 238. & Gratian. in regula 433. numero 8. & nos lib. primo Canon. questionum, cap. 23. numero 18. Marcus Anton. Cuchus lib. secundo institut. titulo 6. numero 324. & alios referens Thom. Sanchez ubi supra, sub numero 5. Sed in hoc casu concurrat grauissima necessitas in iis, qui Summum Pontificem consulere nequeunt, destituti que remedio manent. cum absque scandalo separari nequeant, præcipue si proles ex matrimonio adfit, vel alter solus impedimentum nouit, nec cum occultum sit, probari possit, vel illud absque fama iactura detegere non potest, vel si vterque sciat impedimentum, cum probari nequeat, absque scandalo separari non possunt: ergo poterit Episcopus dispensare ratione huius necessitatis, & scandali vitandi.

Secundo, quia quando Summus Pontifex reseruat sibi absolutionem alicuius criminis, præterquam in mortis articulo (quod quidem fortius est) potest Episcopus absolueret, quando ratione impedimenti non est recurus ad Papam, vt tenent Doctores, quos refert Enriquez lib. 6. de penitentia, cap. 16. numero 1. & cap. 9. numero 7. & cap. 10. numero primo & secundo, vbi idem affirmat de casibus reseruat in Motibus propriis Sixti V. non obstant rigidissima reservatione, cum derogatione Bullæ, & Concilij Tridenti, & superior doctrina tradita in hoc versiculo est probabilissima secundum Thom. Sanchez ubi supra in versic. tertio, ergo idem dicendum est à fortiori in nostro casu, vbi non tam rigida, & stricta reseruatio est.

Quare merito hanc partem in articulo principali, de quo agimus, tenent Selua, Rebuff. & alij quos refert, & sequitur D. Sahagun in d. cap. at si Clerici, §. de adulterio, numero 79. & 80. de iudic. Nauar. in Manual. Lirin. cap. 22. numero 85. Summittæ, Angel. verbo dispensatio, num. 5. versic. secundo, & ibi Syluest. questione 5. §. 15. Tabiena, questione 14. in fin. Armilla verbo dispensare, numero 20. idem Nauar. consil. 84. numero 7. de conuers. coniug. D. Spino in suo Specul. Testament. glossa 15. numero 66. Candelab. autem 7. Sacrament. prima parte de matrimonio, numero 248. Enriquez libro 6. de penitentia, cap. 10. numero primo, & lib. 12. de matrim. cap. 3. numero 2. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 50. ad finem, folio 1521. Capua lib. 2. decis. 80. numero 14. Manuel Rodriguez in Explicacione Bullæ Cruciat. §. 13. numero 58. Ludouic. Lopez, dicens forte ita esse in secunda parte sui Insturctory conscientia, §. vltimo, ad finem, in §. porro hic etiam illa questio, Vega lib. 6. sua Summa casu 143. in fine & libro primo, casu 222. & viri doctissimi Neoterici idem tenent, praxique ita recepit secundum Nauar. & Manuel. Rodriguez ubi supra, & Thom. Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, dispensatione 40. numero 3. ad fin. qui eos sequitur dicens hanc opin. esse multo veriore, eamque voluit Soto sibi contrarius in quarto sentent. distinctio 41. questione vnic. articulo, tertio, in fine.

Vbi inquit, quod si contra institutum publicæ honestatis aliqui contrahant, & expeditissimum non sit ad Papam accessus, nullum esset periculum, quamuis Episcopus dispensaret, requiritur tamen ad hoc bona fides contrahentium, & quod seruetur, vel seruetur fuerint in contrahendo prædict. matrimonium solemnitates ad id requisite, vel si per Ordinarium fuissent remissa, alias namque data mala fide in contrahendo vtriusque coniugis, vel propria autoritate neglectis solemnibus minime posset dispensare Episcopus, vt cum alijs post Concilium Tridentin. probat, & tenet late contra Enriquez, Tho-

Thomas Sanchez ubi supra, numero 4. & credit, data mala fide vnus posse Episcopum dispensare contra Ludouic. Lopez, addit insuper non satis esse scientiam speculatiuam, qua coniux nouit se accessisse ad consanguineam eius, cum qua contrahere vult ad inducendam malam fidem in proposito, nisi coniungatur scientia practica, qua sciat inde oriri impedimentum ad matrimonium contrahendum: & quod non excludatur bona fides, quamuis procedat ex lata culpa, sed dolus requiritur, vt ibi latissime probat, & limitat quoad ignorantia esset adeo crassa, vt esset ingens temeritas, tunc namque æquiperatur dolo.

10 Insuper numero quinto addit Sanchez, idem dicendum esse, nempe, quod Episcopus possit dispensare, quando contrahentes non essent pauperes, sed expensas necessarias habeant ad dispensationem Pontificis obtinendam, propter vrgentem necessitatem, quia, vel Roma latissime distat, essetque magnum incontinentiæ periculum, tamdiu expedare: similiter si impedimentum esset ex parte foemine, quæ consanguineo viri ante matrimonij contractum copulata est, non potest impedimentum viro detegere, quia famæ, & forte vitæ iacturam patietur, nec potest à viro sine scandalo separari, nec ei negare debicum: & numero 6. probat in casibus prædictis, quibus Episcopus potest dispensare in impedimento occulto dirimente, posse etiam in duobus impedimentis occultis idem facere, cuius opinio ex prædictis non displicet.

11 Illud autem non audeo affirmare, quod ille enixe probare contendit, numero septimo, nullius tamen Authoris patrocinio fretus: posse nempe Episcopum dispensare aliquando in impedimento matrimonij dirimente, antequam matrimonium contrahatur, quando scilicet, vrgentissima necessitas id postulare, & tentatis omnibus medijs nulla euadendi via aperitur, sed suspicio vehemens oritur alicuius criminis detecti in confessione, si foemina abstinere velit à nuptiis, aut disserere, dum Pontificia dispensatio obtrinetur: veluti si accedat mulier manufatura, & aperitur habens impedimentum dirimens, cuius detectio infamiam notabilem produceret, & sunt omnia iam parata ad nuptias vespere celebrandas: secus, si aliqua euadendi via aperiretur, vt in exemplo voti de quo ibi per eum: non enim video aliquo iure, vel solido fundamento haec opin. muniti, aut defendi posse absque maximo periculo, ideoque eam non firmo, nec consulo in præd. specie posse Episcopum dispensare, nec quorundam Episcopos hoc facere debet.

Laudotamen remedium, quod ibi assignat ad euadendam suspicionem malam alicuius criminis, quæ alias oriri posset: nempe, quod foemina illa voveat castitatem ad tempus, nempe per mensem consulente confessario, & dicatur consanguineis se voto castitatis obligatam esse, iustumque sibi esse à confessario, vt à nuptijs abstinere, donec voti dispensatio impetretur à Summo Pontifice (tacere enim debet votum fuisse ad tempus, ne Episcopi dispensatio petatur) & dum pro illa dispensatione obtinenda Romam mittitur, potest occulte dispensatio veri impedimenti obtineri: non tamen debet hoc remedio vt, nisi quando commoda via vti possit, & ea succurrit periculo præd. imminenti speretur.

12 Melius autem ibidem Sanchez numero 8. contra Enriquez lib. 6. de penitentia, cap. 10. numero primo, in commento litera D. §. lib. 12. de matrim. cap. tertio numero primo in commento litera H. tenet, & probat, Episcopum non posse dispensare in præd. casibus, quando facile recurri potest ad Nuncium Apostolicum

habentem potestatem ad dispensandum in simili casu, vel ad quemcumque alium simili facultate præditum, vt est Commissarius Generalis Cruciatæ, qui potestatem habet dispensandi in impedimento dirimenti oculo post contractum matrimonium bona fide ex parte saltem vnus coniugis, prout tenent, Anton. Cuchus, Ludouic. Lopez, & Manuel Rodriguez ubi supra, & Vega lib. 6. sine Summa casu 143. in fine. Commissarius tamen Cruciatæ Generalis non habet potestatem dispensandi, nisi detecta nullitate prioris matrimonij alteri coniugi, quare, si ea non directa expediret celebrari matrimonium, vrgenti necessitate posset occurrere pro dispensatione ad Episcopum, vt admonet Sanchez ubi supra, numero 8. ad finem, vbi numero 9. obseruandum esse dicit, habentem priuilegium dispensandi in casibus Episcopaliibus, etiam matrimonialibus, minime posse dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopo, secundum Enriquez, & Manuel Rodrig. quos ibi refert, & sequitur, quia hi non dicuntur casus Episcopales, sed vere ad Episcopum pertinent, & ex quadam iuris interpretatione Episcopo censetur permitti: non igitur confessarius, qui ab Episcopo habet suos casus, poterit in prædictis dispensare ratione prædicta.

Quinimo non poterit Generalis Vicarius Episcopi dispensare in hoc matrimonio occulto impedimento: quia ex generali commissione, & facultate Vicariatus non habet potestatem dispensandi, nisi sibi specialiter concedatur, iuxta glossam in cap. que de causa, verbo que quid 2. questione 5. Rebuff. in praxi benefic. in forma Vicarij, num. 42. Anton. Ca. h. lib. 2. institut. Maior. titulo 8. num. 111. & nos lib. primo Canon. questionum, cap. 19. num. 15. congerit alios plures Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrimonio, dispensatione 40. numero 12. & in terminis nostris tenet ipse ibi post Enriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 3. numero 2. vbi etiam obseruat, hanc potestatem Episcopi dispensandi in dictis impedimentis occultis esse pro solo foro conscientie, quod verum est, & probat etiam Sanchez ubi supra, numero 10.

14 Illa autem questio hic in proposito se offert examinanda, an Episcopus possit delegare alteri facultatem dispensandi in impedimento occulto matrimonij dirimentibus, in casibus, in quibus ipse ratione imminenti necessitatis, & alijs dispensare potest, & idem generaliter in casibus, qui iure Summo Pontifici reseruantur, & solum competunt Episcopo, vel Episcopis ratione imminenti necessitatis, quia non est ad Summum Pontificem recurus, vt dispensare in lege superioris, viciuuij, festorum, &c.

Et quidem pars negatiua astrui videtur ex cap. vltim. §. fin. de officio delegat. vbi dicitur, quod nulli, cui commissum fuerit excommunicare, vel absolueret aliquos, dispensare cum irregularibus, licet hæc alijs demandare, quia non sibi iurisdictio, sed certum potius ministerium committitur.

Hinc est, quod iurisdictio voluntaria commissi 15 ex privilegio Principis delegati non potest secundum Bald. in l. 3. num. 6. C. quando prouocatur, non est necess. refert plures Gratian. in regula 423. num. 13. sequitur Thom. Sanchez ubi supra, num. 13.

Secundo ex Decret. Concilij Tridenti, sessio 24. c. 6. de reformatione ibi, & in quibuscumque casibus, &c. vbi concedens Episcopis casus occultos Summo Pontifici reseruat explicit, quod delinquentes, quoscumque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum in foro conscientie gratis absolueret possint, imposita

ita salutari penitentia. ergo non potest delegare.

Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod in pred. casibus possit Episcopus alteri delegare facultatem dispensandi, ex sequentibus.

16 Primo, quia iurisdicchio Principis privilegio competens non personæ, sed ordinariæ, & potestatis ordinariæ iura habet Bart. in l. ambrosia, numero 34. ff. de decret. ab Ordin. faciend. D. Couarru. alios referens lib. 3. var. resol. cap. 20, numero 6, in vers. etenim, & numero 9, in fin. & numero 10, in princip. & plures citat Sanchez ubi supra, numero 14, ergo poterit delegari, iuxta glossam in cap. fin. verb. casibus de officio Ordin. Couarr. ubi supra, numero 6, in princip. & Sanchez plures allegantem, & probatur in casu speciali, in quo ratione urgentis necessitatis competit Episcopi absolucere, & impedire Romam. ut absolucionem obtineat ab excommunicatione incurfa propter clerici percussionem in d. cap. fin. de officio Ordin. & in propriis terminis nostræ quæstionis hanc partem tenet Enriquez lib. 12. de marrimon. cap. 3. numero 2 dicens posse Episcopum delegare potestatem, quam habet dispensandi in impedimentis marrimonium dirimentibus, quando bona fide contractum est, & contrahentes non habent recursum ad Summum Pontificem, sequitur Thom. Sanchez ubi supra, id amplians numero 15. ut procedat etiam si certum sit, referuata specialiter Principi in supremæ iurisdictionis signum delegari non posse: fallit namque hoc. nisi quis ex officio, aut dignitate habeat ius ea exercendi, licet id contingat causa privilegij eiusdem dignitati, tunc enim poterit delegari secund. Couarr. d. lib. 3. var. resol. cap. 20, numero 10, in principio, qui id limitat, quod res commissa tantum momenti esset, ut per alium expediri nequeat qualis est potestas conferendi beneficia; quam solo vicario suo generali potest Episcopus delegare iuxta glossam in cap. deliberatione, verb. cuiuscunque de officio delegat. lib. 6. & alios, quos refert, & sequitur Couarr. num. 6, in princip. vbi eam dicit communem Doctorum sententiam.

17 Superest nunc, vt respondeamus fundamentis contrariis supradictis: ad primum ex cap. ultim. §. fin. de officio delegat. dicimus procedere, & debere intelligi quando nudum ministerium committitur personæ: secus, quando ex privilegio perpetuo dignitati concessio, quia tunc non dicitur nudum ministerium, sed potestas ordinariæ iuxta glossam in cap. ultim. de officio Ordin. verbo casibus, Nauar. lib. 5. consil. in prima editione, titulo de sententia excommunic. & consil. 15. in fine. Angel. in Summa verb. excommunicatio 5. casu primo, numero 39. Syluest. verb. absolucio quarto, quæstione 2. §. 6. Thom. Sanchez d. disputacione 40, numero 17.

18 Ad secundum, ex Decret. Concil. Trident. supra allegat, respondet Sanchez ibidem cum Nauar. quem citat, intelligendum esse, vt velit. Vicarium Episcopi non habere ex generali commissione Vicariatus, hos casus, nisi specialiter committantur: non autem, vt velit negare Episcopo potestatem delegandi hos casus, hoc namque potest facere, quia non eligitur industria certe personæ: si enim hæc eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare: & quia quoties aliquid conceditur Prælati presentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electa industria certæ personæ, cum personæ incognita delegetur, vt docent las. in l. more, numero 65. ff. de iurisdictione omnium iudic. Greg. Lopez in l. 47. in fin. titulo 18. partita 3. cum aliis, quos citat Menoch. libro 1. de arbitrar. iudic. quæst. 64, numero 17.

Item, quia cum hæc sit potestas ordinariæ, vt probauimus, poterit generaliter delegari, sicut alia quælibet ordinariæ potestas, ita tenet Nauar. lib. 5. consil. in prima editione, titulo de sententia excommunic. consil. 15, num. 3. & in secunda editione, titulo de privileg. consil. 11, num. 4. quem refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, d. num. 17. ante fin.

Vbi hinc inferri idem dicendum esse in proposito in impedimento occulto dirimente marrimonium, & reliquis casibus, qui ratione necessitatis urgentis sibi competunt, quia potest hos casus Episcopus generaliter delegare, cum sit iurisdicchio ordinariæ, sicut licet antequam contingant.

Vnde non est audiendus Enriquez lib. 14. de irregul. larit. cap. 19. in fin. & lib. 6. de penitentia, cap. 14. num. 7, in unico commento litera O. tenens non posse Episcopum generaliter Vicario, vel alij delegare hos casus, vt habeant facultatem generalem absolucendi, vel dispensandi pro suo arbitrio, sed tantum posse delegare Vicariis specialiter deputatis. id est, vt quando casus occurrerit hoc possit facere, & dare facultatem, vt de mandato, & nomine ipsius hoc faciat, quod prius videtur tenuisse Cordub. in sua Summa, quæstione 8. Verior tamen est sententia præcedens, nempe, vt Episcopus possit generaliter hos casus Vicario suo generali, vel alteri delegare antequam eueniant, dummodo de ipsismet casibus occultis, de quibus in Concil. Trident. & alias sibi iure competentibus in mandato, & delegatione generali, mentio fiat.

Hoc namque addo opinionem Nauar. & Sanchez ubi supra: non tamen distinet securus esse, quod specialiter delegetur cum euenierit Vicario generali, vel alij: contendimus tamen, validam, & securam etiam esse generalem delegationem præcedentem eo modo, vt prædiximus.

Imo multi dicunt casum hæresis in Decreto præfato Concil. Trident. Episcopis concessum, & commissum, posse delegare Vicario specialiter deputato, vt refert Sanchez ubi supra, in fin. cum hoc transiens, nec obstant Concilij verba: ibi. Non eorum Vicariis sit permissum: quia intelligenda videntur, vt sonant de Vicariis generalibus simpliciter, non vero de his, qui ad hoc specialiter per Episcopos deputantur.

Sed adhuc in hoc subsisto, & contrarium teneo ex eisdem verbis Concilij, ibi: Eis tantum non eorum Vicariis sit permissum, quæ Vicarium specialiter ad hoc deputatum comprehendere videntur: siquidem in præcedenti parte, Concilium hoc committit Episcopis in quibuscunque aliis casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ referuatis, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum in foro conscientie, & idem in hæresis crimine in eodem foro conscientie tantum non eorum Vicariis, quæ restrictio, & exceptio comprehendere videtur etiam Vicarium speciale, tanquam facta à regula præcedenti affirmatiua, vt probauimus lib. 1. Canonice, quæstionum, cap. 13. numero 29. aduersus Nauar. d. consilio 15. lib. 5. de sententia excomm. num. 3. cum sequentibus; alias consilio 11. 15. de privileg. & contra Anton. de Cordub. & Emanuel. Rodriguez, quicquid ipse iterum in Summa prima parte, cap. 28. numero 3. sequatur opin. Cordub. contrariam: quæ quidem vera non est ex supradictis: sed potius nostra præfata sententia in d. numero 29. verior, & probabilior est, vt ibi affirmauimus, Quam etiam tenet Suar. de censur. disputacione 21. scilicet 3. versic. vtrum tamen nec ob hanc rationem, pagina mibi 387. columna 2. & intelligit eam esse voluntatem Pontificis & praxim Romanam, vt Episcopi non possint, nec debeant amplius virtute Concilij absolucere occultos hære-

hereticos in foro conscientie, & quod ita in sumptu Inquisitionis Prætorij S. & R. Generalis inquisitionis sæpe pronuntiatum est secundum Fractif. Pennam (quem refert) in tertia parte Directorij in Schello ad quæstionem 92. quam opinionem sequitur Tollet. in Summa lib. 1. cap. 30. versic. 2.

Quinimo declaratio Cardinal. super d. Decreto Concil. respondit Episcopum, aut Inquisitorem absolucere non posse hominem hæreticum, etiam in foro conscientie, licet hæc facultas à Concilio sit ipsis tradita, quam refert Nauar. d. consilio 11. numero 1. vbi supplicat cuidam Illustrissimo Cardinal. qui eum fecit tertio de ea, ob quasdam rationes quas sibi exprimit, vt aliquando si ei videbitur, & occurrerit opportunis aliquid eorum, quæ ibi dicit, inuenitur. S. D. N. interim tamen dum non reuocatur præfata declaratio, vel suspenditur, obseruanda erit.

Hactenus de primo casu text. in cap. Inquisitione de sententia excommunic. nempe de coniuge de certo sciente impedimento coniugis propter quod si peccato non valeat carnale commercium exercere.

21 Nunc autem circa secundam partem eiusdem textus, quando coniux non sit pro certo impedimentum, sed credit illud. primo loco dubitatur, vtrum marrimonio bona fide vtriusque coniugis celebrato, alter dubitans de eius valore possit debitum petere, & reddere? & in hac quæstione, vt certum ab incerto separemus, obseruandum est: quod quando scrupulus est ex leui, & temeraria credulitate ortus, potest depositio scrupulo consilio sui pastoris petere, & reddere debitum, ita decidit textus in d. cap. Inquisitione, in secunda parte, & casu illius textus. vbi glossa verb. leui, inquit, vt quia audiuit à leuibus, quibus credere non tenebatur: & quamuis textus ille dicat, consilio proprii pastoris deponendum esse scrupulum: idem dicendum est de consilio cuiuscunque viri docti secundum Thom. San. lib. 2. de marrimonio disputacione 41. num. 42. vbi quod si coniux prædicte dubitet, manifestum est manente eo dubio prædicte, nec reddere posse.

24 Quod autem adhuc subdici est, an licitum sit deponere hoc dubium speculatiuum, nec prædicte dubitare ratione possessionis, quæ est pro matrimonio, & ita reddere, & petere debitum?

25 Pro cuius rei clariori intelligentia supponendum est primo, scientiam, fidem, opinionem, & dubium, esse speculatiuum, vel prædicte. Scientia speculatiua est, quæ in communi dicitur certo, & euidenter aliquid esse faciendum, vel esse peccatum, & vbi gratia, contractum esse vitiatum, vel illicitum accedere ad non suam. Opinio speculatiua est, quæ in communi dicitur non certo, sed sub formidine: dubium autem quando in communi dubitatur, dicitur autem dubium rei, aut opinio rei secundum se. Scientia autem prædicte est, quæ in singulari, & per se omnibus circumstantiis rei dicitur aliquid hic, & nunc esse licitum, vel illicitum: & opinio: quando quis opinatur: & dubium, quando dubitat an hic, & nunc sit licitum: appellatur autem scientia, vel opinio, vel dubium rei in particulari respectu operantis, & dicitur hæc scientia, opinio, vel dubitatio prædicte: prior dicitur speculatiua, quoad modum vniuersalitatis: & respectu posterioris particularis, quæ prædicte dicitur, ita distinguit Caietan. opusculo 17. responsione 13. dubio 7. & Prima secunda, quæstione 37. articulo quinto, ad secundam, & alij, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, num. 4. & 8. Breuius autem id comprehendit Nauar. in cap. si quis autem, de penitentia, distinctio 7. numero 69. & in Manuali Latino prælat. 9. numero nono, vbi vocat

dubium speculatiuum, dubium in generali: prædicte vero, hic, & nunc.

Secundo supponendum est, quod quando est scientia, opinio, seu dubitatio speculatiua licitam est, aliquando, contrarium operari, quia adest opposita cognitio prædicte, propter aliquam specialem circumstantiam, vt sciens speculatiue non licere in festis seruilia exercere, potest prædicte formidare conscientiam, sibi licere, quia egestate premitur: similiter dubitans speculatiue, an hæc res sit sua, potest prædicte non dubitare, licere sibi retinere, eo quod possideat: vnde scientia, opinio, aut dubitatio speculatiua non excludit bonam fidem, quando iusta causa suadet oppositum iudicium prædicte: quia actus humani circa singularia versantur, & quod in communi illicitum est, potest ex aliqua circumstantia respectu huius licitum fieri, vt quam plures Authores referens tenet eos sequitur Thom Sanchez d. lib. secundo de marrimonio, disputacione 41. numero 8.

Ex quibus ipse num. 9. inferri intellexit ad cap. in 2. uenit, & cap. si quis autem de penitentia distinct. 7. quibus cauetur, in dubijs esse amplectendum, quod tutius est, & in quo nullum peccati periculum versatur: id enim intelligi debet de dubio prædicte, & tunc non est consilium, sed vere præceptum, vt docet Syluest. in Summa verb. dubium, quæstione 2. §. 4. Nauar. in d. cap. si quis autem, num. 42. Cordub. lib. 2. quæstionum, quæstione tertia, propositione tertia, verbi gratia: dubitas prædicte, an hic, & nunc tenearis ieiunare, teneris, dum id dubium non deponitur: quia alius actus fieret cum conscientia prædicte dubia: dicitur autem in dubijs, quando scilicet, vere dubium est, intellectu neutri parti adhaerenti: secus namque est, quando probabiliter opinatur, alteram partem minus tutam, tunc enim potest tam amplecti, & in hoc sensu tantum, consilium est amplecti id, quod tutius est, vt resoluimus lib. 1. Canoniarum quæstionum, cap. 31. numero 41. & alios referens Thomas Sanchez ubi supra, d. numero 9. aliter conferre ad hoc opinionem probabilissimam multorum, quæ habet, ex duabus opinionibus probabilibus, fas esse minus probabilem eligere.

Hoc sic præhabito, in dubio principali quatuor opiniones diuersas refert, & fundat cum suis Authoribus Thomas Sanchez lib. secundo de marrimonio, disputacione 41. in quarta quæstione, numero 42. cum sequentibus.

Prima habet in præmissa specie coniugem dubitantem de valore marrimonij bona fide vtriusque celebrati; nec reddere, nec petere posse debitum, quam tenet Scotus in quarto Sentent. distinctio 30. quæstione prima, §. sed de facto est: quem sequuntur Altidorensis, Adrianus, Metymina, Petrus Soto, & Brunelus.

Secunda sententia docet posse petere, & reddere: quam tenet Ledesma, Angles, Vega, & alij.

Tertia autem concedit, teneri reddere debitum, negat tamen eius petitionem quæ est Diui Thom. in quarto, distinctio 33. in fine, in expositione literæ Magister, & alij quam plures Authores, quos refert Sanchez ubi supra, numero 25, quorum aliqui asserunt etiam impensa sufficienti diligentia manente eodem dubio non posse petere.

Quarta sententia asserit, ante diligentiam adhibitam ad allequendam veritatem, teneri coniugem dubitantem reddere, non tamen posse petere: ea tamen sufficienter adhibita posse reddere, & petere: quam sententiam ibi late probat Thomas Sanchez numero 46. & refert Sotum, Ledesma, Veracruce, Victoriam, Enriquez, Manuel, Rodriguez, Banes, Tabien, & alios tam tenentes, & quibus opi-

nionibus, primam, & secundam dicit improbabiles Thomas Sanchez vbi supra, numero 74. tertiam autem valde probabilem: quartam ceteris probabiliorem, & procedere etiam, quando moraliter est improbabile adhibita diligentia, posse vinci dubium, quia tunc potest coniux dubitans reddere, & petere.

Ego autem omnino probro opinionem Diui Thomae vbi supra, quae est tertia, quia communior, & magis recepta, & verior mihi videtur, atque securior: quartam autem cum praed. declaratione probabilem sentio, & secundum eam posse consuli secure. Primam autem, & secundam omnino improbo, Procedit autem praedict. quarta sententia infra priori bimestre, vt recte observat Sanchez vbi supra, num. 48. & num. 49. alio etiam modo declarat & ampliat eam ibidem.

29 Quod si matrimonio bona fide ab utroque contracto, uterque dubitet de eius valore, constat, neutrum posse petere iuxta opinionem tertiam D. Thomae supra relatum, & idem iuxta quartam ante praemissum debitum examen: postea vero manente eodem dubio posse.

30 Sed, quod habet difficultatem est: an dato, quod alter illicite petat: teneatur eidem reddere? & teneri existimant Antonius a Corduba in Summa quaestione 43. puncto secundo. Enriquez, uterque Ledelma, & Ludouicus Lopez, quos citat Thomas Sanchez vbi supra, quaestione quinta, numero 54. qui tamen numero 33. & 36. duabus conclusionibus veris (meo iudicio) hoc dubium resoluit: prima est, quod cum uterque coniux dubitat de valore matrimonij bona fide contracti, illiciteque petat, non tenetur nec potest alter reddere, quando nouit petentem esse dubium de valore matrimonij, & nondum adhibitam esse diligentiam ad illud dubium vincendum, vt patet ex supra dictis. Secunda conclusio est, quod si alter tantum dubius sit, petatque a non dubitante, ante praemissum debitum examen, potest coniux non dubitans conscius dubij alterius negare debitum, quia dubitans non habet ius ad petendum: potest etiam reddere: quia cum ipse sit in possessione pacifica, & nec dubitet de matrimonij valore, nec tenetur credere alteri asserenti, nedum dubitanti, ergo potest vti bene sua possessione petendo, & reddendo.

31 Tertius casus principalis decus in d. cap. Inquisitioni est, quando cum conscientia pulsat animum ex crudelitate probabili, & discreta, quamuis non euidenter manifesta, vt tunc quidem reddere possit, sed postulare non debeat, vbi glossa verb. probabili, & discreta, inquit, puta, quia vidit virum cum consanguinea sua in locis suspectis, & hora suspecta solum cum sola ante matrimonium, quia huiusmodi praesumptiones probabilem inducunt credulitatem, vel quia publice dicitur ab hominibus.

32 Vnus autem testis etiam fide dignus, & iuratus, & amicus, & proprius parochus asserens coniugi ad esse impedimentum, non sufficeret ad hoc, vt teneatur ei credere, sed ad id oportet esse duos testes, iuxta text. in cap. cum & anobis, de testibus vt arbitratu Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 82. vbi quod minus tenetur credere coniugi asserenti etiam cum iuramento, se nunquam in illam consensisse, quando cum illa contraxit: praesumere namque potest, mentiri nunc eum, qui se nunc mentitum fateretur.

33 Si tamen leuiter credit, nec petere, nec reddere debitum potest durante illa credulitate, quam tamen leuiter conceptam leuiter deponere potest,

reuocante coniuge suum dictum, vel habito illo commendacio, pro quali habet Ecclesia, vel ob alia indicia iuxta mentem Ricardi, Angeli, & Syluestri quos refert.

Et vt plenius examinemus hanc quaestionem, & 44 doctrinam Nauar.

Observandum est primo, coniugi id asserenti non teneri alterum reddere, nisi de nouo consentiat: quia stante illa asseritione coniux ille nullum ius petendi habet, videturque iuri matrimonij renunciare: negando enim consensum concedit, nihil sibi deberi secundum Adrianum, & alios plures Auctores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio, disputatione 41. numero 42. vbi idem esse dicendum asserit, si alter coniux asserat se habere impedimentum occultum, ob quod matrimonium est nullum, non enim tenetur alter ei reddere, donec impedimentum tollat, quia tunc similiter asserit, nihil sibi deberi, secundum Enriquez, quem ibi ad hoc citat.

Secundo, quod si coniux se retractet, tenetur alter ei reddere cum Rosella, & Angel. quod etiam probat Nauar. vbi supra: hoc tamen intelligit Sanchez, quando temerarie credit alter coniux, quia si probabiliter creditur, non tenetur reuocanti fidem adhibere, donec prima indicia euacuentur, secundum Syluestr. & intelligit etiam teneri reddere quando reuocatio est tam grauis & verisimilis, vt alter coniux teneatur credere, quod si adhuc dubitet, non tenetur reddere, donec de nouo alter consentiat.

Tertio inquit Thomas Sanchez, quod si coniux 36 credat alteri, in hac specie non potest petere, nec reddere secundum Victoriam in Summa de matrimonio numero 248. & 250. Petrus de Soto lectione tertia de matrimo. paulo post principium, & Manuel Rodriguez in sua Summa prima tom. in secunda editione, cap. 243. numero 6.

Quarto probat, non teneri coniugem credere, 37 nisi tales sint coniecturae, vt credere coniugant, sicque dum credere non coniugatur potest petere, & reddere, secundum Sorum, Enriquez & Manuel, quos refert: addo Nauar. vbi supra, hoc etiam tenentem, vt diximus.

Quinto asserit Sanchez, quod si propter alterius 38 coniugis asseritionem, dubitat alter probabiliter de matrimonij valore, nequit petere, nec reddere, donec dubium deponat; non petere, quia est dubius de valore matrimonij: non reddere, quia alter non est in possessione, nec ius petendi habet donec se retractet secundum Victoriam vbi supra: si tamen sufficienti adhibita diligentia adhuc persenserit illud dubium, credit Sanchez posse petere, & reddere, quia est in possessione bona fide a se incepta, & proinde potest ea vti: quae autem coniecturae esse debeant, vt credere coniugant late agit idem Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 45.

Dubium tamen oportune se offert in propo. 39 to. Primo, quando creditur coniugi asserenti fide consensisse? Secundo, quando protestatio praemissa matrimonio fidei consensum praestandi, id probet? Tertio an sufficiat testimonium dicentis aduulsi impedimentum (si sit fide dignus) vt coniux credat, vel dubitet, & abstineatur? Quarto, qualis probatio impedimenti dirimentis sufficiat ad matrimonium dissoluendum? has 4. quaestiones late declarat Thomas Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, disputatione 43. numero primo, cum plurimis sequentibus, & quamuis eius remissionis contenti esse possemus, qui late, & exacte eas declarat, nihilominus tamen, vt interim, quo ipse videamus, habes bre-

breuem resolutionem, & satisfactis his dubijs breuiter, & summarie.

40 Prima conclusio, circa primum dubium, haec est: si agatur de fide adhibenda viro, respectu sui ipsius in foro conscientiae creditur ei, secus in foro exteriori, nisi probet, ita fatentur omnes, & plures referens D. Cozar, de sponsalibus prima parte, cap. quarto, §. primo, numero 9. & secunda parte, cap. secundo, numero secundo. Menoch. de praesumption. lib. primo, praesumptione 77, numero 16. Libro tertio, praesumptione 1, numero 29. & 37. cum sequentibus, & consil. 335. a numero 21. volum. 4. & probat late Sanchez vbi supra, num. 2.

41 Secunda conclusio, si agatur de fide adhibenda viro respectu mulieris, vti pra. tenetur, vel possit ei credere asserenti se fide consensisse, & sic nequeat vti eo matrimonio, & alij nubere, non tenetur regulariter, ei neganti se vere consensisse fidem adhibere, ex text. in cap. per tuos de probat. ibi. nimis indignum est, &c. Et quia verisimilis est modo mentiri, quam in contractu principali, vt tenent quam plurimi Theologi, & Iurisperiti, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 7. id amplians, vt verum sit regulariter, etiam si iure viri fictum illum consensum: nam nisi aliae circumstantiae concurrant, de quibus statim agemus, non est ei credendum, vt per DD. quos ibi ad hoc citat Sanchez, d. num. 3. in fine.

42 Tertia conclusio, ea certitudo requiritur, & sufficit, vt possit credere mulier, & aliud celebrare matrimonium, quae virum prudentem certum moraliter redderet fidei consensum alterius, Couar. cum aliis in quarto Decretal. secunda parte, cap. 2. num. 4. post Syluestr. in Summa verbo matrimonium 4. quest. 9. dicto 3. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. num. 76. vers. tertio. Petr. de Ledelma de matrimo. quest. 45. artic. 4. in fine, & Thom. Sanchez vbi supra, num. 4. qui numeris sequentibus plura hinc infert.

43 Et quidem primo, num. 5. iudicis arbitrio committitur, quae coniecturae sufficient: certitudinemque moralem faciant: quia licet vir statim reclamet, & iure se non consensisse possunt esse cauidicia, vt iure optimo fides ei non sit adhibenda, vt si dignius matrimonium se offerat, secundum Syluestr. verbo matrimonium 4. quest. 1. creditur tamen dicenti se non consensisse, quando testibus probat verisimilia signa fidei consensum secund. Palud. in 4. distinct. 27. quest. 2. art. 2. conclus. 4. num. 14.

44 Secundo infert Sanchez vbi supra, numero 6. esse sufficientem coniecturam, si cum vir protulit verba consensum, incontinenti reuocat, vt ibi late probat cum aliis.

45 Tertio esse sufficientem coniecturam, vt possit vxor alij nubere, si vir statim se fide consensisse aperiat, aliudque matrimonium ineat, vt cum aliis pluribus ibi late quoque probat num. 7. asserens idem dicendum esse, si vir statim declaret fictum consensum, & transeat ad religionem.

46 Quarto infert cum aliis numero 8. esse similiter sufficientem indicium, si vir asserens se fide consensisse sit longe dispar. ita, vt prudentis arbitrio vix credi possit illam eum duxisse: aut namque esse probabiles coniecturas fidei consensum, vt possit mulier tute alij nubere, generis, dinitiarum, statusque conditionem valde disparem: idemque erit, si vir ad religionem transeat, vel si ordine sacro initiatur: viro autem non promoti ad alium statum, non est tutum foeminae ad alias transire nuptias, cum passim exempla virorum suppetant, qui caeco amore capti, nuptias valde impares celebrant, nec merito est eis credendum, quod fictum consensum praestiterint, ne hoc alylo confecto postquam de-

siderium, seu appetitum suum venereum consequuti fuerint, reserent verum consensum a se praestitum.

Quinto infert numero nono, esse, quod non inueniatur praefata disparitas, & post temporis interualum fictus consensus detegatur a viro, si id iuramento assermet, & ex vix eius qualitate probabile sit, eum non petere, quia solitus est quotannis sacramenta recipere bonorumque familiaritate vti, & simul aliam vxorem duxerit, vel religionem profectetur, vel (vt addit Nauar.) ordinem sacrum assumat, erit sufficiens indicium fidei consensus, quia non est verisimile eum velle, sibi que & vxori adeo perniciosa mentiri: secundum Roel, Syluestr. & Nauar. quos ad hoc ibi refert, & sequitur, sed in hoc subdito, & credo non esse tutum nec verum in foro exteriori, maxime consummato praedict. matrimonio per copulam.

Sexto infert Sanchez d. lib. secundo de matrimonio, 48 disputatione 45. numero 12. quod si puella neget verum consensum se praestitisse, verisimilibus coniecturis metum patris comprobans, sit que honesta vix, & alij nubis, sufficiens sit coniectura, vt possit vir aliam ducere, vt tenet Sotus in quarto, distinctio 27. quaestione prima, articulo tertio, propositione prima, vers. quo ergo aduulsi. Bartholomaeus a Ledelma de matrimonio dialogo 19. conclusione tertia, quod intelligit Sanchez ibidem, non de metu cadenti in virum constantem, quia tunc frustra alia coniectura exigeretur, cum matrimonium esset irritum tunc, quomais foemina vere consensisset, sed & haec illationem veram esse non credo in foro exteriori.

Quare merito Manuel Rodriguez in Summa primo tomo, secunda editione, cap. 243. numero sexto, inquit, & tenet, quod hodie concurrentibus etiam praedictis coniecturis, vel circumstantiis fidei consensus licitum non est absque iudicis auctoritate, matrimonio priori spretio, ad aliud transire, vixque contingere calum, vt id liceat: quia cum debeant matrimonia coram parochio, & testibus celebrari (attento sacro Concilio Tridentino) & parochus contrahentium teneatur nomina in libro ad id destinato scribere, scandalum sequeretur, nisi prius matrimonium publica Ecclesiae auctoritate irritum declaretur: quod si prius matrimonium probari nequeat, quia parochus, & testes mortui sint, nec praedict. liber compareat, poterit tuto in loco longinquo, vbi scandalum non esset concurrentibus praedictis fidei consensum circumstantiis, alter coniux aliud contrahere matrimonium, vt recte probauit Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 11. numero 4. & Barthol. a Ledelma de matrimonio dialogo 19. in fine, quod tandem sequitur Sanchez vbi supra, num. 18. addens, quod poterunt etiam hodie praedict. coniecturae delectare, vt ex eis iudex Ecclesiasticus, coram quolibet exogitanda est, possit deprehendere fictum consensum.

Septimo infert Sanchez ibidem numero 14. quod 50 si coniecturae prioris consensus sint vehementes, quia non est notabilis disparitas, nec tam verisimilis metus aduulsi, & talibus verbis, & modo vir consentiat, vt arbitrio prudentis non possit vxor non credere. Vere maritum consensisse, nec tenetur, nec potest credere, licet vir iuramento neget consensum, vt cum aliis ibi resoluit: ubi etiam quod similiter si non tantum neget verum consensum, led etiam verba consensum exprimentia, alter coniux certus de verbis prolatis, non poterit aliud matrimonium intrare, quia sicut alter mentitur negando verba potest praesumi veritatem consensum negando eum mentiri, vt tenent Veractux tertia parte specul.

conjugis, artic. 13. conclus. 4. & Bartholom. à Ledesma de matrimonio, dubio 19. conclus. 1. in fine.

51 An autem dissensus in matrimonio probetur utriusque coniugis assensum se fide confensisse? Partem affirmatiuam tenet Bald. in l. final. numero 21. C. de hered. insti. quod forte procederet nisi collusionis praeiudicio adesset secundum Greg. Lopez in l. quinta. verbo, la Iglesia, titula secundae. pariter quarta, quem refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, numero 15. ego vero contrariam opin. hoc est negatiuam, prorsus sequor, & teneo cum hae confessio sit in prioris matrimonij, in forma Ecclesiae consueti solemniter celebrati, praeiudicium praecipue hodie attento Concilio Tridentino, ut modo dicebamus in sexta illatione ad fin. quinto, & fortius ante Concilium hanc opinionem probauit Paludan, in quarto, distinctione 27. quae. 2. artic. 5. numero 28. & D. Antonin. in serua. parte. cap. 19. paulo post princip.

52 De protestatione vere coniugis ante matrimonium affirmantis se nolle per quaeunque verba postea à te profertur matrimonium contrahere, an sit sufficiens dissensus iudicij? sunt duae opinioniones contrariae. vna affirmat. altera negat, quas cum suis Authoribus refert Thomas Sanchez ubi supra, dicta disputatione 4. numero 17. & 18. ipse vero ibi numero 19. ita distinguit, ut siquidem ea protestatio fiat altero coniuge sciente, & consentiente valeat, & per eam videatur recessum à consensu sequenti. nec praesumatur matrimonium: si vero fiat altero ignorante, aut si scioit, dissensit protestationi. nihil prodedit, sed per sequentem consensum videtur ab ea recessum, & hanc tenent quamplures DD. quos ibi congerit, quam numeris sequentibus bene declarat, & intelligit, ut ibi per eum, quem sequor: & numero 25. cum sequentibus late agit. an ob testimonium alicuius testificantis de impedimento dirimenti, teneatur coniux à matrimonio contracto abstinere, impedimentumque credere, vel de eo dubitare? & resoluat non teneri credere licet audierit à fide digno iurante, licet sit amicus, vel proprius parochus, sed teneri diligentiam adhibere ad assequendam veritatem: & interim teneri dubitare de matrimonij valore, & sic gerere se tanquam coniugem dubium, qui iuxta supradicta, quamdiu diligentiam non adhibet, tenetur reddere, non tamen potest petere, nisi, diligentia sufficiente adhibita, nihil inuenierit, quia tunc potest tute conscientiam deponere, & sic potest suam possessionem tueri, sicut quando audiuit à personis non fide dignis, tunc namque potest conscientiam deponere, nec ea est sufficiens dubitandi ratio.

Qualis autem probatio impedimenti dirimenti requiratur ad matrimonium legitime contractum dissoluendum, late agit idem Sanchez d. libro 2. de matrimonio d. disputatione 45. numero 30. cum sequentibus.

CAPITVLVM L.

Licetum an sit petere, aut reddere debitum, cum uterque coniux, vel alter traxit mala fide, dubio de morte prioris coniugis, aut alio impedimento dirimenti?

SVMMARIVM.

1 Coniux qui dubia fide contraxit matrimonium, nullo pacto potest exigere debitum, reuocato tamen consensu.

- 2 Coniux uterque, quando mala fide contraxit matrimonium dubians de impedimento, non potest petere, nec reddere debitum.
- 3 Coniux dubians de valore matrimonij à se bona fide contracti, quia dubitans de seruitute alterius, an possit teneaturque reddere debitum, etiam Ecclesiam praecipiente?
- 4 Coniux, qui bona fide contraxit matrimonium, non tamen dubitat, sed opinatur matrimonium esse nullum, an possit petere, & reddere debitum?

Quando alter coniux dubia fide contraxit, nullo pacto potest exigere debitum, tenetur tamen reddere bona fide possidenti, text. est expressus in cap. de secund. nupt. ubi expresse cauetur, quod coniux, qui non dum de prioris obitu certus contraxit, non potest petere, tenetur tamen reddere: & ibi communiter DD. glossa in Summa, verbo viraque quaestio. 34. quaestione 1. Innocent. in d. cap. Dominus: Summisit, Syluest. verbo matrimonium 2. quaestione 9. dicto. Rosel. verbo impedimentum, impedimentum 1012. numero 1. Tabienae eodem verbo impedimentum 10. quaestione 1. numero 2. Armill. verbo matrimonium, numero 45. Nauar. in Manuali Hispan. cap. 22. numero 77. Pavinus de visitatione, quaestione 8. secunda parte, numero 59. & plures alij Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. secundo de matrimonio. disputatione 42. numero 2. contra Sotum, Ludouic. Lopez, & Negam tenentes non posse petere nec reddere, & nec coniugi mala fide contrahenti debitum de facto petenti alterum coniugem, nisi is, qui bona fide contraxit, non dubitet de matrimonio, quia tunc reddere, & petere potest, ut ibi bene probat Thom. Sanchez num. 3. & 4. aduersus alios.

Quod si uterque coniux mala fide contraxit dubians de impedimento, procul dubio non potest petere, nec reddere debitum, quia neutri suffragatur possessio cum mala fide incepta ita tenent Alphonsi à Veracruce, in merita parte Speculi coniug. articulo tertio, in fine, Angles in suis Floribus Theologicis, quaestio. num. in prima parte de matrimonio, quaestio 11. de impedimento Ordinis, artic. 1. dubio 4. Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 11. numero 5. in fine, & cap. 15. numero 5. & lib. 12. cap. 6. num. 5. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez dicens esse certissimum contra Syluest. & Ledesma ubi supra, dicta disputatione 42. numero 3. ubi numero 9. limitat quando causa subsistit, ut id dubium praedictae deponat, & probabilius esse, valere matrimonium reputent secundum Enriquez d. cap. 11. numero 5. in fine: at rectius credit Sanchez. satis esse, si arbitrio prudentis rationes ita probabiles sint ad persuadendum matrimonio valere, ut efficiant probabilem opin. quamuis probabilius sit, matrimonium non tenere, cum satis sit in moralibus sententiam probabilem amplecti, iuxta veriore opinionem: ergo hac opinione probabili valoris matrimonij existenti, potest uterque petere, & reddere.

De eo autem, qui dubitat de valore matrimonij, à se bona fide contracti, quia dubitat de seruitute alterius, an possit, teneaturque reddere, etiam Ecclesia id praecipiente, latissime agit ibi Thomas Sanchez disputatione sequenti, nempe 43. per totam, duasque sententias principales quam plures Auctores citans, refert in hoc puncto: Primam D. Thomae in quarto, distinctione 36. in fine, in expositione litera, & aliorum quam plurimum tenentium, non teneri eum reddere, quamuis Ecclesia id praecipiat, quam tenent communiter Canonistae in cap. propositus, de coniug. seruorum, ut testatur eam sequitur D. Couarru. in quarto, secunda parte, capite septimo, §. 2. numero 11. quam etiam tenent Nauar. in capite si quis

si quis autem de penitentia, distinctione 7. numero 48. & Gregor. Lopez in l. 4. titulo 5. parva 4. verbo de parit.

Secunda opinio habet in eo dubio teneri reddere debitum, quam tenet glossa in cap. cuius rei 29. quaestio. secunda, verbo. remouisse, & in cap. secundo, de coniug. seruo, verbo audiuit, & ibi Hostiens. & alij plures, quos citat Sanchez ubi supra, num. 5. qui numero 8. resoluit, quod quamuis sententia probabilis sit, quam supra primo loco retulimus, at multo probabilior est secunda, nempe, coniugem in hoc dubio teneri reddere debitum, etiam iudice non praecipiente, nec sibi praedictum inferre: additque, quod si adhibita diligentia sufficienti nequeat vincere dubium, posse vitare sua possessione etiam petere, neque in hoc sibi parare praedictum, quin possit seruitute decessit ab illo matrimonio recedere, cum inualidum fuerit, nec illa copula ratificatum: & quod possit coniugem tutissime amplecti priorem sententiam probabilem, & nolle reddere, etiam mandante iudice: quia forte index erit primae sententiae, & coget postea cum ea manere: ego idem censio propter Auctores, & fundamenta utriusque sententiae, & ratione dubij posse coniugem, quam maluerit harum opinionem sequi coniugem: securus tamen faciet, si priorem sequatur, non tamen cum detrimento manendi excommunicatum.

4 Sed quid erit quaeso, si coniux, qui bona fide contraxit, postea non dubitet, sed opinetur matrimonium esse nullum, an possit petere, & reddere? in hoc vera, & communis est resolutio Sancti Thomae in quarto, distinctione 41. quaestione vnic. articulo quinto, quaestio prima, ad certum, & distinctione 38. in fine, in expositione litera & aliorum quam plurimorum, quos refert, sequitur, & probat Thomas Sanchez lib. secundo de matrimonio, dispu. 44. per totam, quod aut hic coniux habet certam scientiam impedimenti matrimonij, aut opinionem: in primo casu nec exigere, nec reddere debet: in secundo vero, debet reddere, sed non exigere: illud autem de opinione intelligit Sanchez ubi supra, num. 2. si probabiliter opinetur, nullum esse matrimonium, quia tunc non potest petere: addit insuper Sanchez num. 4. quod si coniux habet probabilem assensum impedimenti matrimonij, ut quia habet probabilem opinionem vitae prioris viri, & similiter probabilem assensum mortis, & ita valere matrimonium, potest reddere, & petere debitum, quia licitum est amplecti opinionem probabilem valoris matrimonij, secundum verumque Ledesma, quos citat addens idem esse, quamuis probabilis credere, non valere matrimonium, quia nihilominus probabilem habet opinionem valoris, & ideo potest petere, & reddere: vnde se declarat, ut dum dixit, habentem opinionem nullitatis matrimonij teneri reddere, non tamen posse petere: intelligendum esse, quando non habet assensum opinionem veriusque partis, sed solum nullitatis matrimonij, cum dubio, & formidine valoris: quae quidem declaratio, & distinctio difficilis, & praene intelligibilis quidem in actu praedictae est: ad discernendum, quando sit vnum, & quando aliud: ideo plus mihi placet prior communis resolutio, nisi adeo in aequilibrio utraque opinio contraria esset, ut posset merito sine scrupulo coniux sequi quamlibet, eamque amplecti: tunc namque si opinaretur, aequae, vel quasi, mortuum esse priorem coniugem, crederem, hunc posse reddere, & petere.

Quando autem coniux merito possit esse securus de matrimonio nullitate, & quando probabiliter dubitare agilitissime idem Sanchez d. lib. 2. de matrim. dispu. 45. per totam.

CAPITVLVM LI.

De probatione mortis coniugis absentis requisita ad hoc, ut superstes possit licite aliud matrimonium inire.

SVMMARIVM.

- 1 Mortis coniugis absentis quomodo sit probanda ad hoc, ut superstes aliud matrimonium contrahere possit? & per totum caput.
- Capitulum in praesentia 19. in ordine de sponsalibus intellegendum per totum caput.
- 2 Testis vnus affirmans coniugis absentis mortem an sufficiat ad hoc, ut superstes aliud nix valeat matrimonium?
- 3 Fama de morte coniugis absentis, an sufficiat ad hoc, ut alter coniux possit aliud matrimonium celebrare?
- 4 Fama praedicta adiuuata alio admmicula sufficit ad id, etiam modo, ut hic declaratur.

Habemus in hoc determinationem Ecclesiae in cap. in praesentia 19. de sponsal. ubi deciditur, & respondet Clemen. III. huiusmodi consultationi Cesaraugust. Episcopo, quod quantumcumque annorum numero ita mulieres remaneant viuentibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè conuolare, nec auctoritate Ecclesiae permittat contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virotum, l. 3. titulo 17. parva 7. regimus latissime de hac materia lib. 2. praedictae, quaestione 8. per totam, ex qua omnia ibi dicta ad hunc locum accommodanda sunt: postea Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 46. per totam, latissime quoque de eadem agit nos citans, & sequens, & tandem querit primo numero 5. Vtrum desideretur certum nuncium de alterius coniugis morte haberi, ut superstes possit aliud matrimonium inire, vel satis sit probabilitas moralis, id est, ut sit probabilis causa ad credendum iudicio sapientium? & refert in hoc duas opinioniones, primam affirmatiuam, quam suadat ex adductis per nos ubi supra, num. 2. & 3. aliqua alia addendo, aliosque citando, & eam esse probabilem affirmat: Secundam sententiam refert num. 8. quam probat nobiscum ubi supra, num. 9. & cum aliis plures, quos citat, dicens esse probabiliorem: nempe eandem certitudinem requiri, ut Ecclesia det contrahendi facultatem, & ut possit aliquis propria auctoritate hoc facere: & sic requiri tantam certitudinem, aut certum nuncium, aut per testes, ut iudicio prudentis non tantum probabilis, sed certa iudicetur mors: & profecto haec verior, & magis recepta, & tenenda sententia in praxi.

Secundo querit Sanchez ubi supra, num. 10. an sufficiat vnus testis affirmans, coniugis mortem ad hoc, ut liceat alteri ad secundas nuptias transire: & refert etiam in hoc alias duas opinioniones, vnam affirmatiuam, dum tamen attendatur persona nuntij, seu testis, eiusque qualitas, & an per verba verisimilia deponat, & quod in hoc iudicio arbitrium versauerit, ex d. cap. in praesentia, & ibi Hostiens. in Summa titulo de sponsal. duorum, num. 6. Angel. in Summa verbo, matrimonium tertio, impedimento 13. num. 4. Veracruce, in prima parte Specul. coniug. articulo 42. conclusionem 1. Ruffus refert contrariam sententiam negatiuam ex Bart. in l. secunda, §. si dubietur, num. 15. quemadmodum, etiam, aperiantur: non tamen meminit text. in d. cap. in praesentia, & in hanc magis inclinare videtur Greg.

Lopez in lib. 2. titulo 9. partida quarta, in gloss. algunos, & cam tenet Manuel Rodriguez in primo tomo sua Summa in secunda editione, cap. 233. numero 2. vbi. ultra certum nuncium, alias mortis coniecturas postulat, & inquit Sanchez vbi supra, quod hac sententia sibi magis placet, quia fortissimam munitur rationibus.

Mihi vero prior sententia longe verior, & receptior videtur, quam renui, & probavi d. questione 8. numero 2. per totum, in quam etiam incidit Greg. Lopez vbi supra, & Sanchez quoque eam admittit, casu. quo coniux obierit in loco distant, vt facile nequeant alie probationes haberi, quia tunc (inquit) satis erit nuncius, & ita vnus testis considerata qualitate personae, & vt verisimilia dicat, quod iudicis arbitrio committitur: sed extra hunc casum tenet predicti. secundam sententiam, nempe, quod requiratur integra, & plena probatio: idem meo iudicio est de mente prioris sententiae, si quidem fundatur in d. cap. in praesentia, qui text. loquitur in maritis causa captiuitatis, vel peregrinationis absentibus ultra septennium, quorum vxores certificari non possunt de vita, vel morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem, & tunc decidit certum nuncium de morte viri sufficere, qui certus nuncius intelligitur, de vno teste considerata persona, & qualitate ipsius, & an per verba verisimilia deponat arbitrio iudicis, vel prudentis viri, vt habet prior opinio, quae approbata videtur in d. lib. 5. titulo 17. partia 7. ibi, otros dezmes, que siendo el marido de alguna muger capriuo, o yendo en Romeria, o por otra a algun lugar estranno si a la muger vniuerso nuevas del, o mandado que era muero o la persona que se lo dixese fuisse homo de vreo, si despues se casasse ella con otro, maguer no fuisse muero el marido primero, & tornasse a ella no la podria accusar de adulterio, por quanto ella se casó, cuidando que lo podia fazer con derecho: vbi Gregor. Lopez glossa final. allegat. d. cap. in praesentia, de sponsalibus.

3. Ex quibus patet satis non esse famam ad probandam mortem viri absentis, ad hoc, vt eius uxor possit aliud iure matrimonium: quia fama procedit ex incerto Authore, & plerumque fallaci, vt notatur in cap. vestra de cobabit. Cleric. & mul. & in terminis ita tenet Abbas in d. cap. in praesentia numero 6. & probauimus d. questione 2. numero 2. Alphons. à Veraceuce in suo Specul. coniug. prima part. articulo. 22. conclusio 1. Manuel Rodrig. in primo tomo sua Summa in secunda editione, cap. 233. numero 2. & alij plures Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 15. licet contrarium minus bene teneant Anton. Gomez in l. do. Tauu, numero 31. in vers. hodie tamen: & Iulius Clarus lib. quinto receptor. sentent. 5. fornicatio, in fine, & Didac. in lib. 3. ad fin. tit. 1. lib. 5. Ordnamens, quos in probauimus d. quest. 2. n. 4.

4. Limitatur tamen haec nostra sententia secundum plures Authores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, nisi fama aliis adminiculis adiuuerit, tunc enim satis erit, quia certa moraliter probatio dici potest iuxta glossam in cap. quoniam frequenter, verb. praesumptus, vt lute non conest, & refert ibi Sanchez adminicula, quibus debeat adiuuari fama: & numero 7. requisita ad famam probandam. Ego vero in hoc potius teneo, quod ex sententia Dominici à Soto probavi d. questione 8. numero 4. nempe, quod ad hoc, vt sit bona fides in hoc, & à culpa liberetur coniux exigitur moralis certitudo secundum arbitrium, & iudicium prudentium, nempe per nuncium, aut æquipollens testimonium, & non sufficere tenuem opinionem de morte coniugis, sed requiri tantam, aut per nuncium, aut saltem per te-

stes, vt iudicio prudentium non solum probabile, sed certum iudicetur: & quod neque coniectura, nec fama sufficiat, nisi forsitan re diligenter exquisita, longitudo absentiae, vel vniuersalis fama, vbi coniux commoratur, obitum eius contestetur, simul cum aliis requisitis, vt probat late Thom. Sanchez vbi supra, numero 16. per totum, qui omnino est videndus quoties casus contigerit. Nec probo distinctionem Antonij de Butrio, & sequacium: nempe quod ille certus nuncius de quo in d. cap. de praesentia, requiratur quantum ad Ecclesiae certificationem, vt licentiam praestet contrahendi, non vero quoad ipsam mulierem, quae aliter certificata est de morte viri, nempe per famam, & ceteras praesumptiones: quoniam, vt cum Soto diximus vbi supra, illa verba, certum nuncium receperit, vtrumque casum comprehendunt: vt ibi latius probauimus.

Ex quibus sit posse mulierem in praemissa specie & casu d. cap. in praesentia per certum nuncium certioratam de morte viri, vel alias sufficienter informata iuxta supradicta ad alias nuptias conuolare absque licentia Ordinarij, vt late probauimus d. questione 8. numero nono, & constat ex Authoribus, praecipue Anton. de Butrio, & alius in d. cap. in praesentia, & Syluest. in Summa verbo matrimonium 3. quest. 13. dicto quarto.

CAPITVLVM LII.

De protestatione sibi consensus ad matrimonium praesentandi.

SVM MARIVM.

- 1. Protestatio praecedens alterius coniugij nullitatem consensus per quacunque verba à se praesentanda, an sufficiat ad irritandum matrimonium postea subsequutum late hic agitur & per totum capitulum, tamen secundo ponitur verba, & communis resolutio atque concordia inter opiniones contrarias, atque diuersas, & numeris sequentibus, quaedam limitationes atque declarationes referuntur, & assignantur.
- 2. Protestatio metu clam facta ad hoc vt valeat, debet esse cadentis in constantem virum, alias secus quod procedi non solum, quando protestatio sit aduersum eum, qui metum illaturum timetur ad matrimonium contrahendum, sed etiam aduersus tertium, qui metum non infert: & hoc fauore matrimonij, quia summam libertatem requirit, vt in numero 7.
- 3. Timens coactionem potentis, timere quoque necesse est, protestari coram eo, & ideo sufficit protestatio clam facta coram testibus.
- 4. Protestatione facta in ipso actu matrimonij aduersa, parte praesente, & non contradicente, probatur metu ex ea.
- 5. Copula subsequuta post protestationem contra matrimonium, videtur ab ipsa protestatione recessum.
- 6. Consensu deficiente in matrimonio, in foro animae non efficitur matrimonium, etiam absque praesenti protestatione.
- 7. Protestatio dissensus ad matrimonium contrahendum ad forum exterius est necessaria: secus quoad forum animae.

Celebris est illa questio in matrimonij causa, an protestatio alterius coniugis, qui ante matrimonium coram pluribus protestatus est, se nolle per quocumque verba à se dicta,

dicta, vel dicenda matrimonium contrahere, sit sufficiens indicium dissensus, ita, vt matrimonium subsequutum publice in facie Ecclesiae celebratum nullum sit, & irritum: & irritum quidem eam protestationem non prodesse: sed ad ea praesumi esse recessum per factum contrarium, & sic matrimonium sequutum postea esse validum: hanc tenent glossa in cap. tua de sponsal. verb. mulierem: ibi, sed pone, quod aliqui: communiter ibi approbata per DD. secundum D. Couarru, in 4. de sponsal. secunda parte, cap. secundo, in princip. numero 3. ad fin. & Nauar. in Manual. cap. 22. numero 78. eamque sequuntur D. Antonin. in tertia parte sua Summa, titulo 1. cap. 19. §. 1. Summa Tabien. verb. matrimonium secundo, questione 7. numero 2. & illam glossam dixit notabilem, & ordinariam Mascard. de probat. conclus. 1248. num. 10. 11. & 12.

2. Rursum contrarium, nempe, quod non sit matrimonium affirmant, & tenent Ioann. Andreas in d. cap. tua. num. 13. Calderin. consil. 1. de iu. que vr. & c. Barbat. consil. 60. num. 8. ad finem, lib. primo, & habetur secundo tom. communium opin. lib. 14. verb. protestatio vniu: Petrus de Ledelma de matrimonio, questione 25. articulo 2. in fine, Manuel Rodrig. in primo tom. sua Summa secunda editione, cap. 243. num. 8.

Sed in hoc articulo vera, & communis resolutio, atque concordia est inter praed. opiniones contrarias, quod si praedict. protestatio fiat altero coniuge sciente, & consentiente valeat, & teneat, ac per eam videatur recessum à consensu sequenti: nec erit matrimonium: & in hac specie procedat secunda opinio negatiua supra dicta: si vero fiat altero ignorante, aut si sciuit dissensisset protestationi, nihil ea prodest, sed per sequentem consensum censetur ab illa recessum: & in hoc casu procedat, & intelligenda sit prima opinio affirmatiua: fundamenta huius distinctionis, & concordiae sunt clara, eaque referuntur à Thoma Sanchez ita citando: quapropter eam tenent, & sequuntur Innocent. in cap. veniens, el segundo, de sponsal. Vincentius, & Anton. de Butrio in d. cap. tua. num. 106. & ibi Anchar. numero 1. Abbas numero 9. Alexand. de Neuo numero 15. Praeposit. numero 2. in fine. Felin. in d. cap. cum M. numero 78. & ibi Ripa, numero 86. Brunel. de sponsal. conclusio 10. numero 11. D. Couarru. vbi supra, in princip. d. numero 3. Matienç. in rubrica gloss. 1. numero 68. titulo primo, lib. 5. noua collect. Reg. & consultus latissime Augustin. Berous consil. 37. per totum volumine 1. Mascard. de probat. conclus. 1245. numero 12. vbi alios citat. nec non & Thom. Sanchez lib. 2. de matrimon. dispus. 43. numero 19. & ita proculdubio est tenendum, & practicandum. Et quicquid sit in aliis, in matrimonio tamen consensus expressus est necessarius, nec sufficit quod altero praesente, & tacente fiat protestatio, vt per eam videatur à fororo consensu recessum, ne tantum sacramentum illusione, & leuitate contrahentium traclatur, secundum Couarr. & Matienç. vbi supra, & Thom. Sanchez, numero 20. vbi merito increpat Anton. Cuchum, lib. 3. institut. Maior. titulo 12. numero 163. dicentem, satis esse in matrimonio altero praesente, & tacente protestationem fieri.

3. Limitanda tamen est prima pars praedict. distinctionis, vt protestatio altero consentiente valeat, nisi postea copula subsequuta sit, tunc enim videtur omnino à protestatione recessum, & praesumitur matrimonium iuxta glossam in cap. per tua verb. praesentandum de condiction. apposit. per text. ibi, & Innocent. in d. cap. veniens, el segundo, numero vnico, de sponsal. & tenent plures alij ex supra relatis, nec non & Gregor. Lopez in l. 3. titulo 1. partia 4. in glossa, verb. con illa, Menoch. plures referens lib. 3.

de praesumpt. praesumptione 1. numero 17. Couarru. Matienç. Nauar. vbi supra, & Sanchez numero 21. alios citans, & late iure communi cam probans aduersus Praepositum in d. cap. tua, numero 2. de sponsal. addens, quod hodie attento Concilio Tridentino sessione 24. cap. primo, de reformatione matrimon. verissima est opinio contraria huic limitationi Praepositi, vbi supra, nisi nullitas matrimonij coram parochio, & testibus celebrati ita occulta fuerit, vt in foro externo probari non possit: tunc namque habebit locum praedict. doctrina communis: quia hodie potest ratificari matrimonium illud, copula affectu maritali habita, sicut iure antiquo ea conualecebat, vt probauit ipse Sanchez d. lib. secundo, disputat. 37. numero 14. de cuius opinione egimus, supra, cap. 47. numero 3. cum sequentibus, quod ibi diximus circa eam, hic iterum probamus.

Limitari etiam debet secunda pars praedict. distinctionis communis, quae habet, vt non valeat protestatio, altero non consentiente, praemissa, vt intelligatur, quando dolose facta fuit, hoc est, citra iustam causam: secus vero si iusta causa addeat, vt si quis metu cogatur matrimonium inire, & clam coram testibus protestetur, se minime consentire, valebit protestatio, nec ab ea videbitur recessum per sequens matrimonium, vt colligitur ex textu in cap. Lotharium 31. questione 2. & cap. 1. de his, que vi. metum caus. sumi, & ibi docet glossa verb. propusit, & communis opinio, quam refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 2. de matrimon. disputacione 43. numero 22. plures citans post Nauar. d. cap. 22. num. 78. & Mascard. conclusio 1243. num. 13.

Quae limitatio comprobatur ex eleganti doctrina Dyni in l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hered. doctentis, cautelam esse vt timens fore, vt cogatur per Potentem ei rendere fundum, vt clam coram testibus protestetur dissensum: hae namque protestatio efficit, vt venditio nulla sit: & quomuis Bart. ibi, ad fin. numero 6. reprehendat in hoc Dynum, eo quod cum venditio pendeat à duorum voluntate, debeat protestatio notificari alteri: nihilominus Bald. Ang. & Imola ibi sequuntur Dynum, & respondent iustamento contrario Bartoli, nempe ita fallere, vbi iusta causa protestandi concurreret, & sequitur dicens esse receptam traditionem Natha. consil. 431. numero 22. lib. secundo, Riminald. consil. 362. numero 66. lib. 4. Socin. Decius, Anton Gabriel, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 22. & Cuchus lib. 3. Institut. Maior. titulo 12. numero 165.

Debet tamen hic metu esse cadens in constantem virum, alias protestatio illa elancula non iuuabit, vt tenet Innocent. in cap. 1. numero 3. de his, que vi. Cardinal. in fine, Abbas num. 14. & cum eis Thomas Sanchez vbi supra, d. num. 22. in vers. debet tamen: inde inferens, metum reuerentialem non esse sufficientem vt iuuat protestatio, nisi minq, aut verbera accedant, quia aliter non est cadens in constantem virum, vt tenent DD. quos ibi ad hoc refert: addens, quod similiter erit iusta causa protestandi clandestinitate, vitatio scandali imminente.

Nec obstat si dicatur, superiora de metu vera esse: quando protestatio sit aduersus eam, quem metum illaturum timetur: secus, quando aduersus tertium, qui metum non infert, tunc namque cum culpa carcat, et notificanda est protestatio, ne culpae immunitas damnum patiat, vt alias declarant DD. de hac re loquentes, quos citat Sanchez, d. num. 22. ad fin. hoc namque vt ibi bene oblerauit idem Author, pgn habet locum in matrimonio, quia cum summam libertatem requirat, & petat, cum locum de sponsal. irritatur metu graui à quocumque illato, O liij Obfer.

8 Observandum preterea est in proposito, quod timens coactionem potentis, timere quoque necesse est, protestari coram eo, eadem ratione: ergo sufficit protestatio clam facta coram testibus ex præd. iusta causa metus: quæ quidem protestatio, etsi fateamur, quod non sit necessaria ad ipsius actus metu facti rescissionem, quia sufficit metus ipse solus sufficienter probatus absque prævia protestatione, iuxta glossam *verb. timore*, & ibi Abb. & communiter Doctores, de *his qua vi*, &c. & glossam in *d. cap. Lotharius verb. innotuit*, & sequuntur plures, quos refert, & sequitur D. Couar. in *quarto de sponsal. secunda parte*, cap. 3. §. 5. numero 12. est tamen utilis, si fiat ex causa tamen legitima, etiam ex intervallo, quia tunc actus gestus presumitur metu expeditus secundum Abbatem in *d. cap. 1. Decium in cap. final. de appell. optime Rip. in cap. cum M. num. 103. de constitut.* Couarr. *ubi supra*, ubi quod debet fieri coram vicis honestis, & publice: quod si hoc fieri publice non possit, quia non audeat publice protestari, secreto id fiat secundum Bald. & alios, quos citat: & quod si nec secreto valeat protestari, lat erit postea probare metum iuxta glossam, & Abbatem in *d. cap. primo*, etiam si nulla fuerit præmissa protestatio, quæ si præcesserit, utilis erit, ut videmus, ratione presumptionis metus, etsi si stricte non probetur.

9 Quod si protestatio fiat in ipso actu adversa parte præente, & non contradicente, probatur metus ex præmissa protestatione metus, iuxta glossam, & text. in *d. cap. Lotharius*, & notat post alios Ripa, in *d. cap. cum M. num. 91.* & Couar. *ubi supra*.

10 Prædicta autem secunda limitatio intelligenda est, nisi quando protestatione ex iusta causa præmissa sequatur copula, tunc namque videbitur à protestatione recessum, ut cum aliis communiter resoluit Sanchez *ubi supra*, numero 23. post Navar. *d. cap. 22. numero 78.* & Gregor. Lopez in *l. 3. verbo. carnal. meute, titulo 4. partit. 4.* quod an procedat hodie post Sacrum Concil. Trid. agit Sanchez *ubi supra*, num. 21. ad finem.

11 Denique observandum est hæc omnia de protestatione tradita procedere in foro exteriori: nam in foro animæ, decedente vero consensu, non erit matrimonium: excusabitur tamen hic fictus contraheus ratione præfata protestationis ab habendo vero consensu in casibus, in quibus fide consentiens tenebatur consentire, ut observat Thom. Sanchez *ubi supra*, num. 24. Pro cuius rei intelligentia sciendum est, quod quando aliquis, ut à femina carnalem copulam extorqueat, verbis, non animo matrimonium contrahit, ac semper animo, & affectu fornicatio eam cognoverit, ita, ut coniugium effectum non sit, sed ut hic tenetur de nouo consentire, & matrimonium contrahere sub pena peccati mortalis, si nondum aliam uxorem duxit: si vero aliam duxerit, tenetur ei restituere damnum, quod stupro intulit: & insuper pena stupri iure Canonico, & Civili erit puniendus, iuxta cap. 1. & 2. de adulter. ita cum D. Thom. in *4. distinctione 28. articulo 2. ad quartum*, tenet, & probat dicens esse communiter receptum Sylvest. in *Summa, verbo matrimonium quarto, quest. 8.* Adrianus in *quarto, in tractatu de matrimonio, questione 2. versic. dico igitur ad questionem*, & Couarruias in *quarto de sponsalib. secunda parte, cap. secundo, in princip. num. secundo*, & Soto in *quarto, distinctione 27. articulo 3. questione 1. versic. alia præcipua, pag. mibi 110.* & Angles in *sua Florib. Theolog. questionum*, in *questione de essentialibus matrim. pag. 368. in conclusione fructus*, &c. & plurimos citans Thomas Sanchez *lib. 1. de matrimonio, disput. 10. num. 3.*

Et post hæc scripta multis annis iam elapsis præcedentem questionem principalem, de qua in principio huius cap. late examinavit Zevallos *lib. 3. Comm. opin. contra Comm. questione 125. per totam*, qui cum supra dictis concordat, & insuper addit, nos & alios citans, quod metus carceris in quo quis detinetur iniuste, ut aliquid ab eo extorqueatur, est iustus, ut matrimonium non solum ibi contractum sit nullum, sed etiam si extra carcerem quando fuit à custodiis detentus, & hoc maxime præcedente protestatione dissensus matrimonij contrahendi, ut ibi per eum.

CAPITVLVM LIII.

De indissolubilitate matrimonij, & an Papa dispenset in matrimonio rato tantum?

Quoad primum, cum matrimonium (ut patet ex eius definitione, de qua supra cap. 39. numero primo,) individuum vitæ consuetudinem retineat: & hoc differit inter matrimonium ratum tantum, & ratum, & consummatum quoad significationem: quod ratum significat vniionem dissolubilem Christi cum anima existente in gratia: consummatum autem significat indissolubilem vniionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam: quia solum per matrimonium consummatum fiunt coniuges vna caro, cap. 2. de conversione coniugat. & cap. lex 27. questione 2. probat late Thomas Sanchez *lib. 2. de matrim. disputatio 13. num. 1. ubi numero 2.* certum esse inquit in omni sententia saltem iure Divino indissolubile esse matrimonium consummatum, ut ibi bene probat.

Supereff videndum an ea indissolubilitas matrimonij proveniat ex iure ipso naturali, & ex matrimonij natura, vel tantum ex iure Divino, positivo (ex ratione ipsa sacramenti, vel significationis) vel Ecclesiastico: & similiter, an idem dicendum sit de matrimonio rato?

Qua in re, quatuor opiniones refert cum suis fundamentis Thom. Sanchez *ubi supra*, numero 4. cum sequentibus: prima est, utrumque matrimonium esse indissolubile de iure Divino naturali, quam tenent Lyra, Abulen. Soto, Couar. Cordub. Bartholom. à Ledesma, Petrus de Ledelm. Ludovic. Lopez, quos ibi refert, & nos quoque eam probavimus *lib. primo Canonie, questionum. cap. 17. num. 13. & 35.* & novissime Zevallos in *sua practica question. 9. 343. num. 5.*

Secunda opinio habet, provenire ex præcepto Dei positivo: quam tenet Abulen. primo *Regum, cap. 3. questione 97. in princip. & quest. 109. & 113.*

Tertia, indissolubilitatem matrimonij rati provenire ex iure humano Pontificio iuxta gloss. in *cap. ex publico, verbo consummatum, de conuers. coniug.* & alios Auctores, quos ibi refert pro ea numero 6.

Quarta sententia, quam cæteris probabilioram existimat, & latissime comprobat, num. 7. habet duo capita; Primum est: aliqualem inseparabilitatem esse de natura matrimonij, & ita competere etiam matrimonio rato, de iure Divino, & naturali: ut vltra Auctores ab eodem prius allegatos, tenent etiam D. Thom. in *quarto, distinctione 33. questione 2. articulo 1. in corpore*, & Bellamer. *lib. primo de matrim. cap. 4. paulo post princip.* & Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 2. num. 2.* secundum caput huius sententiæ est: omnimodam indissolubilitatem non competere matrimonio ex iure nature, nec ex ratione sacramenti, sed ex significatione qua Christus euexit illud ad significandam vniionem indissolubilem Christi cum Eccle-

Ecclesie per carnem assumptam: quæ significatio esatum conuenit matrimonio consummato: & ideo secundum hanc sententiam, matrimonium consummatum solum est omnino indissolubile, non vero ratum tantum, licet habeat aliquam indissolubilitatem: & allegat huius sententiæ Auctores. D. Thomam in *4. distinctione 27. questio. 1. articulo 3. questio. 2. ad primum*, & tertium, & quam plures alios Theologos, nec non glossam in *cap. quæpropriet. 27. quest. 2. in princip.* & plures alios ex Iurispreritis: & hæc distinctio receptor, verior, & tenenda videtur, quæ in primo membro concurrat cum nostra prior sententia, & in secundo mihi quoque placet ex eius fundamentis, & autoritate tam tenentium: ex quo infert Thomas Sanchez numero 8. hanc indissolubilitatem omnimodam non competere matrimonio consummato ex nature iure, sed ex Christi Divino præcepto positivo imposito, *Ad act. 19. ibi. Quos Deus coniungit, homo non separet.* ubi eleuatur matrimonium ad esse sacramenti, & ut representaret indissolubilitatem Christi cum Ecclesia per carnem vniionem, ut cum aliis ibi probat.

3 Quoad secundum utrum possit Papa dispensare in matrimonio rato tantum, ut solum eius vinculo possint libere coniuges aliud matrimonium inire: iam hanc grauissimam questionem latissime absoluitimus *d. lib. 1. Canonie, questionum. cap. 18. per totum*, ubi adduximus duas opiniones contrarias, primam affirmatiuam Canonistarum, secundam negatiuam Theologorum, cui adhaesimus, salus semper correctione Sanctæ matris Ecclesiæ, & potestate Sedis Apostolicæ: item adduximus concordiam communiter approbatam, nempe, ut cum causa legitima possit Papa in matrimonio non consummato dispensare etiam de ordinaria potestate, & ita procedat prima opinio affirmatiua: absque causa vero legitima, minime, & ita procedat secunda opinio negatiua: & tandem in *fine d. cap. 17.* non fuit inficiatus, quin prima opinio affirmatiua probabilis sit, ideoque si Romanus Pontifex eam sequendo ex causa legitima dispensauerit, prout plures dispensarunt, factum tenebitur.

4 Postea tamen easdem duas communes sententias contrarias cum aliis Authoribus retulit nos citans Zevallos *ubi supra*, ita illa questione, & tandem in *fine* sequitur præfatam concordiam inter eas: & numero finali inquit, quod in dubio semper in Pontifice presumitur in huiusmodi dispensatione iusta causa, quod mihi non displicet: easdem duas communes sententias contrarias, cum aliis quampluribus Authoribus, & suis fundamentis nouissime refert, & nos simul Thomas Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 14. per totum*, & nosram negatiuam affirmat probabilissimam, & quod eam tenent communiter Theologi: ipse tamen numero 3. probat affirmatiuam dicens esse probabilioram, & numero 5. respondet fundamentis contrariæ opinionis: & postea *disputatio 15. numero 5.* inquit, probabile esse valere dispensationem Pontificis in matrimonio rato absque causa iusta concessam: sed numero 6. resoluit venis esse non tenere dispensationem absque causa iusta factam: in dubio autem, ut præ diximus, presumere debemus huiusmodi dispensationem Pontificis ex iusta causa fuisse factam: ad hoc tamen, ut Pontifex dispense in matrimonio rato, non consideratur mutus consensus coniugum, sed existente iusta causa potest Pontifex dispensare altero eorum inuito, ut cum aliis probat, & resoluit Sanchez *d. lib. 2. de matrimonio disputatio 15. numero 7.* quod ipse quoque probat.

Insuper Thom. Sanch. *d. lib. 2. de matrimonio, disputatio 14. numero 3.* agit an possit Papa statueri, ut

matrimonium ratum dicatur per subsequens copula consummatum, contra decisionem text. in *cap. licet de sponsal. duorum in fine*, & refert duas opiniones, in hoc contrarias, & refidet in negatiua, respondens text. in *d. cap. licet* qui videbatur contrarius: & sic probat nostram sententiam, quam docuimus *d. cap. 17. numero 22.* & Couar. in *4. de sponsal. secunda parte, cap. 7. §. 2. numero 15.* & Matienç. in *rubrica gloss. far. numero 78. titulo 1. lib. 5. noua collect. Reg. & Veracruix in suo Specul. coniug. in secunda parte, artic. 28. conclusio 4. in secunda ratione.*

In matrimonio autem iam consummato procul dubio cum veriori, & magis recepta sententia tenendum est, Pontificem ex causa dispensare non posse, ut resoluit in *d. cap. 17. numero 21.* & post nos docet Thom. Sanchez *lib. 2. de matrimonio disputatio 15. numero 11.*

CAPITVLVM LIV.

Matrimonium ratum, an, & quo iure, & intra quod tempus dissoluitur possessione solemnium?

SVMMA R I F M.

1 Matrimonij vinculum rati, & non consummati omnino dissoluitur professione solemnium alterius coniugis, & alter manens in seculo potest ad alius nuptias transire, sed non dirimitur per vota emissa à quibusdam feminis religiosis Diui Dominice, quas Beatas vocant, & à quibusdam viris Tertij Ordinis Diui Francisci, ut in numero secundo, & in aliis, de quibus hic: & quid in Exemeticis, & numero quarto, quid in professione virium, vel quatuor votorum in Societate Iesu: & numero quinto quod dirimitur per professionem Monialium, & Clericorum Ordinis Militarium sub clausura viventium, & quid de Equitibus Militaribus Ordinibus, qui non videntur in communis? numero septimo, & de ascendentibus ad Ordines Sacrorum numero sexto.

2 Matrimonium ratum, & non consummatum, quod iure dirimitur per professionem solemnium?

3 Matrimonium ratum, & non consummatum, non solum professione vnius coniugis dirimitur, sed etiam amborum de communi consensu.

4 Cap. ex publico, de conuers. coniugat. litera referitur, & de eius intellectu, & materia agitur inuerti sequentibus, & an bimestre de quo ibi, sit ad delibendum de religionis ingressu, vel ad proficiendum concessum, num. 11. & in numero 12. & 13. agitur prius de eius sensu.

5 Sponsa diuidens se transfert ad religionem: quo tempore expectari debeat ad proficiendum?

6 Sponsa si protulerit religioni minus differat matrimonium consummare vagando de vna religione ad aliam intra annum probationis potest compelli ad idem votum peremptorio, ut materia in vna religione, in qua impleto anno nuptiatus proficiatur vel ad coniugem redeat, & matrimonium consummetur.

7 Index causa cognita, an possit restringere, vel prorogare bimestre de quo in *d. cap. ex publico* de conuers. coniugat. quod potest facere regulariter in aliis casibus, ut in numero 17.

8 Coniuges intra bimestre à contractu matrimonij, non tenentur fibi invicem reddere debitum, sed possunt gaudere illo termino ad delibendum de religionis ingressu.

9 Coniux biennio transacto, vel alio termino à iudice præscripto ad consummandum matrimonium ipsi

- non consummato, licet negando debitum peccet, poterit nihilominus ad religionem transire.
- 20 Matrimonium ratum, & consummatum non dirimitur professione solemnium religionis.
- 21 Matrimonium consummatum, quacunque arte semen recipitur intra vasa naturalia absque illius penetrante, item, etiam si solum vir intra vasa naturalia semen seminat, ut in numero 22, non tamen si non seminat, licet vas femina penetrerit, ut in numero 24.
- 23 Semen femininum an sit necessarium ad generandum?
- 25 Matrimonium non consummatum per copulam precedentem, sed per subsequutam matrimonialem.
- 26 Matrimonium an consummetur per copulam vi extortam?
- 27 Matrimonium an consummetur per copulam vi extortam intra bimestre? & an tunc possit sponsa ingredi religionem? num. 28.
- 29 Sponsa a sponsa non cognita, sed metu cadente in consensum virum, an possit ingredi religionem?
- 30 Sponsus vi, vel timore graui extorquens copulam a sponsa de presenti post bimestre concessam a iure ad deliberandum de religionis ingressu, an peccet?
- 31 Sponsus, & sponsa dicentibus matrimonium non consummasse, an danda sit fides?

Svmmi Pontifices definiturunt, estque omnino de fide tenendum, vinculum matrimonij rati non consummati omnino dirimi professione solemniterius coniugis. & alter manens in seculo est omnino in vinculo absolutus. potestque ad alias nuptias transire, vt in cap. de dispensatam 27. questione 2. & in cap. de reat. legalia eadem causa, & questione 2. & in Extrauaganti antiq. Ioannis XXII. de voto, & in cap. 2. & in cap. ex publico de conuers. coniug. & in cap. ex parte tua, eodem titulo. Concil. Trident. sessione 24. de matrimonio, Canone 6. ibi. si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius coniugis non dirimi, anathema sit. Vnde alij textus & l. 4. ad finem, & l. 21. in princip. tituli. 1. pariter 4. decidentis per ingressum religionis matrimonium ratum non consummatum dirimi, intelligi debent de ingressu cum effectu, nempe professione sequuta, vt tenet Abb. in cap. ex publico, numero 11. & ceteri communiter Doctores, & ex professo cauetur, & declaratur in d. Extrauaganti. & in d. Canone 6. Concilij Trident. & in l. 1. ad fin. ibi: de his que fuisse esse tal euerado en Orden e ouesse secho profession. &c. titulo 2. pariter 2. idemque probat pluribus exemplis ex vsu Ecclesie & Apostolorum traditione a Christo deriuata Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 18. num. 3.

2 Vbi numero 4. cum pluribus Authoribus inferunt non dirimi matrimonium ratum non consummatum per vota emissa a quibusdam feminis religiosis Diui Dominici, quas Beatas Vocant, & a quibusdam viris Tertij Ordinis D. Francisci, quia non solemniter profiterentur, sed votis simplicibus se obligant. & secus esse probat in quibusdam Beatissimis D. Francisci Tertij Ordinis, quae in communi viuunt, profitenturque, & sunt religiose, vt declarauit Sixtus V. & in quibusdam Beatissimis D. Dominici clausuram seruantibus, ex Soto, quem citat; vnde harum professione dirimitur matrimonium ratum.

3 Similiter quamuis olim dirimeretur professione vite Eremitice in manu Episcopi, vel alterius Praelati facta, eo quod solennis esset, iam tamen hodie non est huiusmodi: sed Eremita aut nulla, aut simplicia vota emittunt, quibus matrimonium ratum non dirimitur, secundum Sotum lib. 7. de Iust. & Iur. quasi. 1. artic. 3. ante solutionem argumentorum, & alios, quos refert, & sequitur Enriquez lib. 11. de ma-

rimonio, cap. 8. num. 7. & Thomas Sanchez vbi supra, numero quinto.

Vbi num. 6. quod quamuis dirimatur per solemnem professionem trium, vel quatuor votorum in Societate Iesu, non tamen dirimatur per vota coadiutorum formatorum in ea emissa; quia simplicia quamuis publice emittantur, vt testatur Gregorius XIII. in Bulla eidem concessa in cap. ascendente Domino: & habetur in parte quinta consuet. eiusdem Societat. cap. 4. in princip. secundum Enriquez vbi supra.

Dirimitur tamen per professionem Monialium, & Clericorum Ordinum Militarium sub clausura viuentium, quia solennis est illa professio, in quo conueniunt omnes secundum Sotum in 4. distinctione 27. questione 1. articulo 4. in versio, hinc fit, & Thomas Sanchez vbi supra, numero septimo.

Non tamen dissoluitur matrimonium ratum, & non consummatum per ascensum ad Ordinem sacrum, vt in Extrauag. antiq. Ioann. XXII. de voto: nec per Episcopatum, quamuis perfectior sit status, vt constat ex vsu Ecclesie, fatenturque omnes: quia ius de sola professione hoc statuit, vt bene probat, & fatetur Sanchez vbi supra, numero 9. vbi quod votum Ordini Sacro annexum. est peraccedens solenne, nec status Episcopalis. quamuis perfectior sit, cum mors spiritualis non sit, repugnat ex natura rei coniugio, sed ex solo Ecclesie statu: vt autem Monastica repugnat ex natura rei matrimonium postea contractum.

De professione autem Equitum Militarium Ordinum, qui non viuunt in communi, nec uxores ducere possunt. vt Iuxta Equites D. Ioannis, magna dubitatio est inter Doctores, an per eum dirimatur matrimonium ratum, non consummatum? ratio dubitandi est, quia hi non vere, & proprie sunt religiosi, quod proprium retineant, moreque secularium extra claustra viuant, ita Dominic. a Soto in quarto, distinctione 27. questione 1. articulo 4. versiculo, quo circa si mea, &c. & lib. 7. de Iust. & Iur. questione 5. articulo 3. ad 3. versio, quod si contra.

Nihilominus tamen contrarium est verius, & tenendum, imo, quod matrimonium ratum, non consummatum dirimatur per solemnem professionem didorum Ordinum Militarium, qui non viuunt in communi, nec uxores ducere possunt. vt Iuxta Ordinis Diui Ioannis Equites, quia alias non dirimeretur matrimonium contrahendum, iuxta cap. vnic. de voto in Sexto, & hi Equites vere, & proprie religiosi sunt, vt constat ex allegatis per Castillo de Bouadilla in sua Palatia de Correidores lib. 2. cap. 19. numero 18. & ita hanc opinionem principalem tenet Nauar. libro tertio, consilij titulo de conuers. coniug. consilio primo, in prima editione, & in secunda, consil. 2. Corduba in Summa questione 178. in fine, Enriquez libro decimo de matrimonio, cap. 1. numero 6. vbi refert casum ita practicum in Duce Merymae, & ita caueri in statutis horum Equitum a Summo Pontifice approbatis, tenet etiam Manuel Rodriguez in primo tom. sua Summa in secunda editione cap. 239. numero 2. & in Bulla Cruciatu, §. 9. numero 123. Petrus de Ledema de matrimonio, questione 61. articulo 2. ad quartum, Barbol. in rubrica, ff. solut. matrimon. secunda parte, numero 32. Vega lib. 6. sua Summa casu 17. quos sequitur Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrimon. disputatione 18. numero 8.

Quo autem iure professio solennis dirimat matrimonium ratum, & non consummatum? sunt tres opiniones probabiles, quas refert Thom. Sanchez d. lib. 2. disputatione 19. per totam, vna habet, ex natura rei id professioni competere, & subinde ex iure naturali Diuino, vt ibi probat citans D. Thom. & alios Auctores eam tenentes. Secunda sententia docet,

docet, dissolui solum iure Pontificio, cuius Auctores, & fundamenta refert num. 2. Tertia sententia habet, hoc competere professioni ex solo iure Diuino positiua, concedere Christo id priuilegium illi: cuius fundamenta, & quamplures Auctores refert, & sequitur ibi num. 3. per totam reputans eam probabiliorem, licet duae precedentes probabiles sint, & haec tertia sententia est Scoti, & communis Theologorum, eamque probauimus lib. 1. Canonie, questione 10. cap. 17. numero 26. §. 43. ex d. cap. ex publico de conuers. coniug. ibi. secundum interpretationem sacri Eloquij, & ibi Abb. in fine. nec non & Marc. Anton. Cuchus lib. 1. in Iust. Maior. 11. 12. num. 277. & hos refert Sanchez vbi supra.

9 Sed non solum professio vnus coniugis, sed etiam amborum de communi consensu dissoluitur matrimonium ratum, & non consummatum, secundum comuniorem, & probabiliorem sententiam, vt testatur Ledema in 2. parte 4. questione 67. artic. 3. fol. 117. Enriquez vbi supra, in commentu litera D. & Thom. Sanchez d. lib. 2. dispu. 20. num. 3. quamuis contraria sit etiam probabilis, vt constat ex eodem numero precedent., & aliis, quos ibi citat, eam tenentibus.

10 In proposito tamen illud opportune, & necessarium est inquirendum vtrum liceat quodocunque ante matrimonij consummationem sponsis ad religionem transire, vel sit tempus ad hoc praescriptum? Respondemus hoc pendere ab intellectu d. cap. ex publico de conuers. coniug. ibi. mandamus quatenus, si praedicti. vir eam carnaliter non cognouerit, eadem ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione. quod ad religionem transire, vel ad virum suum reducere intra duorum mensium spatium debeat, ipsam absoluit.

11 Dubitatur tamen primo, vtrum bimestre, de quo ibi fit ad deliberandum de religionis ingressu, vel ad profectendum: in quo Innocent. ibi. num. vnic. tenet, hoc bimestre dari ad profectendum: ita vt coniugis teneatur religionem ingrediens intra bimestre profiteri vel matrimonium consummare, sequitur ibi Abb. num. 11. Praepos. in fine, §. 3. dist. Nauar. in Manual. Latin. cap. 16. num. 27. Tabien. verb. matrim. 3. quest. 3. num. 4. & est probabilis secundum Thom. Sanchez lib. secundo de matrim. disputatione 24. numero quarto, in princip. vbi numero sexto dubitat an retenta hac opinio sit hoc correctum per Concil. Trident. sessione 25. de reg. c. 25. statuens nullum ad professionem admittendum esse, nisi transacto integro nouitatus anno: Et primo ex pluribus fundat. no esse correctum, sed seruandum esse adhuc dispositione, de cap. ex publico, vt detur illud bimestre ad profectendum: sed tandem num. 7. probat, & resoluit, nihilominus corrigi per dictum cap. Concilij, & ita non posse coarctari annum probationis in casu d. cap. ex publico, & inquit hanc esse probabiliorem sententiam, quam tenet Enriquez d. casus sic fuisse pronuntiatum, & confirmatum in Regia Cancellaria Vallisolet. lib. 12. de matrimonio, cap. 5. num. 8. & in commentu litera F. & quod ita teneatur multi Iurisperiti, ac Theologi: idem probantur Bartholom. a Ledema, Lalacio, Manuel Rodriguez, & Vega relati per Sanchez d. num. 7. eamque veritatem esse credo, & profiteor.

12 Ex qua inferunt Enriquez, & Sanchez vbi supra, numero 8. quod si sponsa duodennis transeat ad religionem, eam expectare debere ipsorum quadriennium, cum profiteri nequeat ante decimum sextum annum expletum, iuxta d. cap. 15. Decreti Concilij Tridentini, sessione 25.

13 Quod si alter ipsorum praetextu religionis nimis differat matrimonium consummare vagando de vna religione in alteram intra nouitatus annum po-

test iudex eum compellere; dato termino peremptorio, vt maneat in vna religione, in qua impleto nouitatis anno proficatur, vel ad coniugem redeat, & consummet matrimonium secundum Paludan. in 4. distinctione 27. questione 3. articulo secundo, conclusio secunda, numero 14. Enriquez d. lib. 12. de matrimonio, cap. 5. numero 8. in fine. & lib. 11. cap. 14. numero 3. & alios referens Thomas Sanchez vbi supra, numero 9. hac de primo intellectu d. cap. ex publico.

Secundus habet, esse distinguendum, vt si quidem alter coniug ex alterius consensu ingrediatur religionem, decur ei annus ad profectendum: si autem sine alterius consensu ingrediatur religionem habebit bimestre, iuxta decisionem text. in d. cap. ex publico: quem sic intelligi glossa in cap. de dispensatam 27. questione secunda, in princip. & docent post glossam in d. cap. ex publico, verbo intra duorum. Ioan. Andr. ibi numero octauo, Cardinal. questione sexta, An har. numero 10. & Brunelus de sponsal. conclusio 30. numero secundo, & dicit hanc sententiam esse probabilem Sanchez d. disputatione 24. numero quarto, & tunc dictum bimestre curret a Die, qua iudex praefixit terminum. vt colligitur ex d. cap. ex publico, & ibi notat glossa supra dicta, & tenet Sanch. vbi supra, numero 3. id. in.

Nihilominus tamen verior, & tenendus intellectus ad illum text. est ibi. bimestre dari ad deliberandum de religionis ingressu, ad profectendum vero dari integrum annum. qui annus coarctari iudice non potest, ita tenet Hostiens. in Summa de conuers. coniug. numero 11. & in d. cap. ex publico, super verbo intra duorum. & ibi Anton. de Butrio numero 12. & alij plures, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero quarto, vbi limitat cum Hostiens. & Butrio, nisi magna interueniat causa, vt iudex annum nouitatus coarctet, quia tunc id facere poterit, quod verum minime esse credo ex supra dictis, & praecipue ex dicto Decreto Concilij Tridentini.

Supradictum tamen bimestre datum in hoc casu ad deliberandum est arbitrium, vnde poterit iudex causa cognita id restringere, vel prorogare: quia licet quando datur terminus a lege abique iudicis ministerio, nequeat iudex eum restringere, vel prorogare, quia ipse non est super legem, secus tamen est, quando datur ministerio iudicis, vt contingit in specie d. cap. ex publico, vbi non signatur bimestre, sed mandatur iudici, vt designet ita in terminis tenet glossa in d. cap. ex publico, verbo, intra duorum, & ibi Cardinal. questione quinta, & Abb. numero 11. Nauar. in Manual. Latin. cap. 16. numero 27. Manuel Rodrig. in Summa 2. editione, i. tom. cap. 242. numero 1. & alij quam plures, quos refert. & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 12. addens ex aliis non debere iudicem a bimestri facile discedere, & bene meo iudicio. cum re vera illud bimestre sit a iure assignatum, siquidem mandatur iudici, vt id assignet.

Et quamuis ex causa possit iudex terminum a lege praescriptum restringere, iuxta doctrinam Bart. in 1. 2. numero 4. ff. de sententia, & re iudicat. quem ibi communiter DD. sequuntur, secundum Molina, lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 12. numero 19. hoc tamen non procedit, quando lapsa termino ponitur poena priuationis, vel alius similis, vt cum aliis probat Molina vbi supra; sed hoc bimestre ponitur a iure, vt praediximus, & eo transacto priuatur ipsius iure amplius deliberandi, & excommuniandus est, si neget debitum: igitur, &c. Nihilominus tamen ex iusta causa eaque cognita dummodo prudenter, & mature id fiat, non vero leuiter,

ter, & cum facilitate, nec passim, sed raro. & cum
urgenti causa, que habet terminum illum bimestrem
concessum ad deliberandum posse iudicem restrin-
gere, vel prorogare: quot autem dies continere de-
beat illud bimestre nouissime agit Thomas Sanchez
vbi supra, numero 14. cum pluribus sequentibus. qui est
videndus in proposito quoties casus occurrerit, la-
te namque hoc examinat raroque continget de hoc
dubitari, precipue cum iudex est causa ita, vt pra-
diximus, possit illud bimestre restringere, vel pro-
rogare.

18 Nec tenentur coniuges intra bimestre predicta,
à contra^o matrimonio sibi inuicem reddere debitu-
m, etiam tunc temporis non intendat ingre-
di religionem; cum tamen intra illud tempus pos-
sint propositum in melius commutare, sicque co-
nimo bimestri illo gaudere ad deliberandum, iux-
ta glossam in cap. coniuges 27, quæst. 2. verb. primum,
Summistæ, Rosel, verbo debitum numero 1, Syluest. co-
dem verbo, quæst. 1. causa 4. Tabien. verb. matrimonium
3, quæst. 3, numero 2, Ledesma in 2. partem 4, quæst. 66,
art. 1, fol. 524, colum. 4. Bartholomæi à Ledesma de ma-
trimonio dubio 77, conclus. 3. Armilla verbo debitum num.
5, & alios plures referens Thomas Sanchez dicta di-
sp. 24, numero 25, lib. 2, aduersus Angel, verb.
debitum, num. 14.

19 Post bimestre autem transactum, vel aliud tem-
pus à iudice consummandum matrimonium præ-
scriptum, si matrimonium consummatum non sit,
licet coniux negando debitum peccet, poterit nihil-
ominus ad religionem transire, iuxta gloss. in d. cap.
ex publico, verb. intra duorum, de conuers. coniugat, &
ibi Hostiensis, super eodem verb. Innocent. nem. 1. An-
ton. de Butrio numero 13. Cardinal quæst. 3. Anchar.
numero 10. Marc. Anton. Cuch. lib. 5, Inst. 1, maior, tit.
12, num. 20, Syluest. in Summa verb. votum 5, quæst. 3,
disto 1. Sanchez, vbi supra, num. 27.

20 Matrimonium vero ratum, & consummatum,
minime professione solenni religionis dicitur,
nec dissoluitur, vt probant aperte iura supra allega-
ta, & conueniunt omnes.

Non tamen consummatum matrimonium qua-
cunque seminis effusione extra vas naturale.
21 Consummatum autem quacunque arte semen
recipitur intra vas naturale absque illius penetra-
tione quia ea copula sufficiens est generationi, &
per eam vna caro sponi efficiuntur, vt post D. Ant.
in 3. parte sua Summa 1.1.1. cap. 18, ante §. 1. probat Do-
minic. à Soto in 4. distict. 27, quæst. 1. artic. 4. vers. cause
dirimendi: Summistæ, Rosella verb. impedimentum
14, impedimento 8. Syluest. verb. matrim. quæst. 15, disto
2. Tabiena verbo impedimentum, impedimento 4, quæst.
2, num. 3. Alex. de Neuo in cap. fraternitati num. 11, de
eo, qui cognouit consang. vx. sue. Greg. Lop. in l. 5. verb.
carnalitate, tit. 6. partita 4. & alios referens Thom.
Sanchez, lib. 2, de matrim. disp. 21, num. 2, vbi quod hoc
verum est, quamuis de monij ministerio semen viri
in vase debui recipitur secundum Rosellam, Syl-
uestrom, & Tabien, vbi supra.

22 Quod si solus vir intra vas naturale femine se-
minat, consummatum matrimonium.

23 Quoniam semen femineum ad generandum ne-
cessarium non est esse Aristot. lib. 2, de generat. animi,
c. 2. Galea, sibi contrario lib. de sanitat. tuenda, c. 1, & lib.
2, de natural. facult. cap. 3. Aucien. lib. 9, anim. c. 1, refert
plures alios, eos sequutus Hugo Senen. super lib.
Tegul. Galeo. lib. 2, super §. frigidum vero, & sicckm, &
Fel. lib. octavo Metaphys. quæstione 2 D. Thom. in 3. parte
9, 31, art. 5, ad tertium, quem fere omnes Theologi se-
quuntur secundum Tho. San. d. lib. 2, de matrim. disp.
21, n. 10, & in terminis ex hoc fundamento hæc sen-
tentia in principali dicto, nempe, quod per semen
solius viri in vase formæ consummetur matrimo-
nium, est probabilior, communis, & magis commu-
nis, quam tenent Cardinal & Abbas in fin. in d. cap.
fraternitati, & Alex. de Neuo numero 10, de eo, qui co-
gnouit consang. vxor. sue: & ibi Anchar. Archidia. in
cap. extrao d. n. 35, quæst. 2, in fine. Marcus Anton.
Cuchus lib. 5, Instum. Maior, tit. 12, num. 243. Summis-
tæ, Syluest. verbo matrimonium 8, quæstione 15, disto 2,
dicens esse omnium, Rosel, verbo impedimentum, im-
pedimento 14, numero 8. Tabiena eodem verbo, im-
pedimento 4, quæst. 2, numero 3. in fine. Sanctus Antoninus
Archiepiscopus Florentin. in 3. parte sua Summa tit.
1, cap. 11, ante §. 1. Dominic. à Soto in 4. distict. 27, quæst.
1, art. 4, vers. hoc autem perplexum. Ledesma de ma-
trim. dubio 40, conclus. 5. Enriquez lib. 1, de matrim. cap.
8, num. 8, in commento litera N. & cap. 15, num. 3. Vega
lib. 3, sua Summa casu 157, & ceteri communiter, ita
vt ex eis constet esse communior sententiam, vt
ore pleno fatetur Thom. Sanchez vbi supra dict. lib.
secundo de matrimonio, disp. 21, num. 10, & 11, vbi pro-
babiliorem quoque cam appellat.

Nihilominus tamen ipse ibi, inquit, non esse ad-
eo certam, quin probari possit contrarium: prout
etiam contra communem tenent Vincent, & Hos-
tienf, nec non & alij relati per Sanchez vbi supra,
qui inter alia mouentur, eo quod multi satis pro-
babiliiter tenent contra communem, semen femi-
neum ad generationem necessarium esse, prout sunt
Hypocrates, Galenus sibi contrarius, Valles, Vega,
& alij Philosophi, atque Theologi, quibus ibi refert
numero 11.

Adhuc tamen prior sententia principalis est ve-
rior, & magis communiter recepta atque proinde
tenenda: nec obstat fundamentum modo relatum
in contrarium, quoniam in eo, etiam communis sen-
tentia Philosophorum & Theologorum habet con-
trarium. Secundo respondemus Aristot. primo de na-
tur. animal. c. 20, & lib. 2, c. 4, in vniuersum negare,
femina emittit semen, aut ex illo formari fetu-
rum, sed solum ex sanguine: tertio, quia est fatetur,
femina concipere posse semen, illudque esse
posse patrem materæ, ex qua formatur fetus, non
tamen hoc nos cogit ad dicendum, illud esse simpli-
citer necessarium ad formationem prolis: quia cum
sanguis, & semen parum in substantia differant, &
ex sanguine facile potest elaborari semen, cur non
poterit etiam naturali modo fieri, vt quamuis inter-
dum femina non emittat semen, si sufficientem san-
guinis copiam ministrat, & virile semen fit effici-
ac etiam copiosum, hoc ad naturalem generationem
sufficiat, vt late probat doctissimus Franciscus Suez
ex Societate Iesu in tertiam partem Dni Thomæ,
secundo tom. de Vita Christi, quæstione 32, articulo primo,
sección 1, disputatione 10, folio vmbi 182, columna 1, ad fi-
nem, & columna sequenti.

Non tamen censetur matrimonium consum-
matum dum sponfus vas femine penetravit, si intra
id semen non effundat: quia copula carnalis, per
quam consummatum matrimonium, est ea, per quam
coniuges efficiuntur vna caro, vt constat ex signifi-
catione: consummatio namq; matrimonij significat,
per eam carnis vnitatem, mysterium Incarnationis,
per quod Christus per vnitatem carnis est Ecclesie
coniunctus: patet enim ex c. 2, de conuers. coniug. ibi:
quia cum non fuissent vna caro simul effecti: ergo
sentit talem esse debere copulam, per quam vna ca-
ro efficiatur: sed quando semen viri non recipitur
intra claustrum femine, non efficiuntur vna caro, vt
colligitur ex c. lex, quod ex Benedicti Papa 27, q. 2, ibi
propinquitas enim sanguinis: iunctis verbis præce-
denibus, ibi: neque osculum parit propinquita-
tem.

rem, quod nullam facit sanguinis commixtionem:
dixerat enim non aliter fieri vnam carnem, quam si
carnali copula sibi coherere: & ideo hanc princi-
palem sententiam tenent, & probant quamplures
Canonistæ, & Theologi, quos refert, & sequitur, &
late probat, & fundat dicens esse longe veriore
Thom. Sanch. lib. 2, de matrim. disp. 21, num. 5, ex qui-
bus constat hanc esse communem, & magis rece-
ptam sententiam aduersus alios nonnullos Docto-
res, quos refert Petr. de Ledesma de matrimonio q. 61,
art. 1, a fol. 581, Meyma. lib. 5, de sacro hom. continentia,
c. 76, & 79, & Manuel Rodrig. in sua Summa 1, tom. in
2. editione, c. 239, n. 2, addit nonnulla Sanchez vbi supra,
n. 6, 7, & 8, circa declarationem præd. communis sen-
tentie, que apud ipsam sunt videnda.

25 Similiter non consummatum matrimonium per
copulam præcedentem, sed subsequentem matri-
monialem, illa namque fornicaria est: igitur, & ita
cum Paulo de Castro, Socino & Ioan. Boscheo con-
tra Hippolyt. & Neuzan, bene probat D. Couar. in
4. de spons. part. 2, §. 1, n. 15, & 16. Acosta in leum 7,
le. 5, si arbitratu ampliat. vlt. n. 19, ff. de conditio. & demon-
strat. Menoch. lib. 3, præsumpt. n. 44, & 45. Syluest. in
Summa verb. duorum n. 3, & verb. religio 2, 99. Naua-
in Manual. Latm. c. 22, n. 22, & alios plures referens
Thom. Sanch. vbi supra, num. 13.

26 De copula autem per vim extorta, an per eam
consummetur matrimonium? plura dixerit Thom.
Sanchez vbi supra, disp. 22, præcedens, & primum resol-
uit num. 1, proculdubio, copula vi extorta post bime-
stre à iure concessum vxori ad deliberandum de in-
gressu religionis consummatum matrimonium vere,
& neutri licere ad religionem transire, prout tenent
Ioan. Andreas, Præposit. Syluest. Gregor. Lopez, Di-
dac. Perez, & Petr. de Ledesma, quos ibi refert, que
opinio mihi etiam vera videtur, & tenenda.

27 Secundo examinat eam quæstionem, an copula
vi intra bimestre extorta consummetur matrimo-
nium? & refert alios quæstiones, non consumma-
ri: & resolut num. 4, tanquam certum tenendum
esse, matrimonium consummari, & effici prolium in-
dissolubile, quam sententiam tenent quamplures alij
Doctores ab eo citati, ex quibus ea communis, &
vera redditur.

28 Tertio posse in specie præmissa sponfam per vim
cognitam intra bimestre ingredi religionem, iuxta
probabiliorem sententiam, quam refert, probat, &
sequitur num. 6 cum pluribus Authoribus aduersus
alios plures, quos reuelat num. 5, vbi dixit hanc vlti-
mam esse satis probabilem, vtraque igitur probabilis
est: mihi vero vltima probabilior videtur, & tenenda.

29 Quarto num. 12, resolut, probabilis esse, spon-
sam à sponso non vi cognitam, sed metu cadente in
constantem virum, posse ingredi religionem, non
ratione defectus voluntatis, sed iniuriæ, & iniustitie
illate sponse cum Ledesma in 2. 4, q. 63, art. 3, ad fin. &
Petr. de Ledesma de matrim. q. 61, art. 1, fol. 583, ego au-
tem contrarium proba in vtraque specie in vico-
gnita, dixi vers. præcedenti: in metu oppressa, de
qua nunc agimus à fortiori: quia voluntas coacta vo-
luntas est, si mulier, si metu cum simi. ff. quod met.
caus. deinde, quia licet vis omnimoda voluntate pri-
uet, non tamen coactio, aut metus, l. 1, & 2, ff. quod
met. caus. & in terminis hanc opin. vt veriorum te-
nent, & probant Ioan. Andr. in regula, que contra vim,
de reg. iur. in 6. Card. in cap. 2, quæst. 2, de conuers. coniu-
gat. Præpos. in cap. fin. 55, distict. Syluest. in Summa
verb. duorum, q. 5, & ibi Armil. aur. num. 6, Gregor.
Lopez in d. l. 4, in fin. 1, partita 4. Didac. Perez, &
Balacio, quos refert Thom. Sanch. vbi supra, num. 11,
vbi quod est iatis probabile, mihi autem verius, pro-
babilius, & omino tenendum videtur,

Quinto idem Author vbi supra, n. 15, resolut, non
peccare sponsum vi vel timore graui extorquentem
copulam à sponfa de præfenti post bimestre concessam
ad deliberandum de religionis ingressu, quando tentatis
aliis medijs pacifice nolle sponse
fecus, si his intentatis, violentia vteretur sponfus,
quia tunc peccaret ratione modi D. Thom. Secunda
Secunda quæstione 134, articulo 7, ad quartum, quod ver-
rissimum est: sed si hoc faciat sponfus intra bimestre
prædictum, peccabit lethaliter, vt probant, & tenent
Dominic. à Soto in 4. distict. 27, quæst. 1, artic. 4, ver-
sic. quod autem viris, Petrus de Ledesma de matrimo-
n. quæst. 61, artic. 1, fol. 383, sequitur Thom. Sanchez d. lib.
2, de matrimonio disp. 22, num. 15, aduersus Manuel Rod-
rig. in sua Summa 1, tom. in 2. editione, cap. 27, num. 2,
dicentem, sponsum in præd. specie non peccare le-
thaliter, sed præcedens sententia est verior, & tenen-
da, imo potest sponfus in hoc casu in foro exteriori
puniri, vt cum aliis probat Couar. in quarto de sponfa-
lib. secunda parte, cap. 7, & 4, num. 11, & Anton Gomez
in lib. 20, Taur. num. 39, & Sanchez vbi supra, qui hoc
verum intelligit, quando sponfa præmeditatur in-
gressum religionis, fecus alias, quia tunc non puni-
tur, vt docent cum Baldo, & Salicet, Couar. & San-
chez num. 16, vbi supra, qui quoad culpam lethalem
melius credit vtroque casu culpam committi, cum
Petro de Ledesma aduersus Sotum vbi supra, an au-
tem sponfa vi cognita ante biennium possit semen
expellere agit ibi Sanchez num. 17.

Vltimo pro complemento huius cap. obserua-
dum erit, fidem esse adhibendam iuramento sponsi,
& sponse dicentium, matrimonium non consum-
masse, si sponfa non erat virgo, nec ad domum spon-
si traducta, fecus si erat traducta in matrimonij præ-
iudicium: cap. super eo, de eo, qui cognouit consangum,
vxo. & c. ita in trinitatis tenent Hostiensis, in Summa
titulo de conuers. coniugat. numero 9, versic. quod si qui-
z Bald. in l. Deo nobis, in primo, numero 7, C. de Episcop.
pis, & Cleric. Ancharan. in cap. ex publico, num. 3, de
conuers. coniug. vbi quod si erat virgo, & talis post
aspectum appareat, licet ad domum sponsi traducta
sit, creditur, quia omnis probatio vincitur aspectu,
contrarium testificante: vtrumque sequitur Thom.
Sanchez d. lib. 2, disp. 23, num. 1, & 2.

CAPITVLVM LV.

De matrimonio clandestino.

SVM MARIVM.

- 1 Clandestini matrimony dua sunt species, de quibus hic.
- 2 Exheredationis pena sily, vel sita contrabenti ma-
trimonium clandestinum, an hodie per Concilium
Tridentinum sublati sit & numeris sequentibus,
vbi numero tertio, quando matrimonium clande-
stinum est nullum, & numero 4, quando est va-
lidum.
- 3 Clandestinum matrimonium an dicatur, quando illici-
te monitiones omittuntur?
- 4 Clandestinum matrimonium an dicatur, quando omi-
tuntur, celebratum tamen fuit publice coram ma-
iori parte vicinia quoad penas incurrendas.
- 5 Clam fieri dicitur, quodammodo in requisitis efficiatur,
& sily nati ex huiusmodi matrimonio non sunt
legitimi.
- 6 Clandestinum matrimonium non dicitur, quando cele-
bratur coram parrocho, & testibus, licet hi non sint
rogati.
- 7 Matrimonium clandestinum, vide litera, Clandestini,
clandestinum.